

16.1.

app.

~~Scayt. Bagat.~~


14, 2 weiße Bl.

262 SS. ab 12 M.

Coll. Julian 9.58



Dv. 112



CONRADI
JOHRENII
PHIL. ET MED. U. DOCTORIS,
HARUMQUE IN ACADEMIA
HASSO-SCHAUMBURGICA,
QUÆ EST RINTHELI AD
VISURGIM, PROFESSORIS
PUBL. ORDINARI

P R A X I S
CHYMIATRICA.



R I N T E L I I,

Impensis JACOB GOTTERIED SEYLERS,
Bibliopolæ Frankfurteris.
Excudbat GODOF.R. CAST.P. Wädher /
Acad. Typogr. anno 1676.

**SERENISSIMO
AC CELSISSIMO
PRINCIPI
AC DOMINO,
DOMINO**

CAROLO I.

Hasfia Landgravio ,
Principi Hersfeldia , Co-
miti Cattimeliboci, Deciæ,
Ziegenhainæ, Niddæ &c
Schaumburgi &c.

*Domino meo Clemen-
tissimo.*



SERENISSIME PRINCEPS, DO- MINE CLEMEN- TISSIME.

Nartialium tur-
barum, que per
ingens mun-
di corpus atrociter de-
fæciunt, in homine
æmulam deprehendi-

mus

mus imaginem. Quem-
admodum enim Orbis
bellorum violentis mo-
tibus concutitur, ita &
humani corpus intesti-
nis inimicitiis collisum
per morbos elanguescit.
Anceps est Bellonæ
alea & expectationem
crebrò fallit eventus,
animos verò in futu-
ram rerum caliginem
intentos spes atque ter-

a 4 ror

ror multiplici cogitatio-
ne suspendunt. At qui
etiam ægrotorum fata
bærent in ambiguo, ne-
que hactenus ex diph-
tera Jovis aut nume-
ris Babylonicis curio-
sitas mortalium potuit
horam atrô lapillo si-
gnatam legere. Nec
inter publicos solum-
modo tumultus tristis
ubique observatur re-

7122

rum facies: Arva qui-
dem colonis derelictæ
abominando squalore
jacent desolata: Villæ
rapinis exhaustæ fe-
ralibus cremantur in-
cendiis: Armis, cruo-
re, cœdibus obvium o-
mne uno impetu pro-
sternitur. Hinc ju-
ventutis strages, hinc
lachrymæ senum & de-
collata parentum spes,

45 60

¶

¶

è dolentius deflenda,
quo communiori lucu
involuta. Verum dum
publico mærore inge-
miscit orbis, jam pri-
vata calamitas homi-
nem propioribus curis
sollicitat. Miserabile
omnino spectaculum,
quando æger morbi vi-
olentiâ dejectus pro-
cumbit, fractus mem-
bra, anceps salutis.

Quæ

Quæ suspiria, quos ge-
mitus , quos planctus
non effundit querulus
dolor ? Deficit ventri-
culi robur omnem fa-
stidientis cibum & hanc
nauseam subsequens
macies pallorque ulcif-
cuntur : Cutis rugosa
ossum prominentes
moles tantum tegit.
Marcket vultus , oculi
lique sub frontem ab-

eu

eentes caliginoso crepusculo obtenebrescunt.
Membra acerbissimis convulsionibus lancinata tremiscunt & artus gelido sudore perfusi liquentis animi frigus tristri omnię præsagiunt. Interim omnis domus lugubri voce exsonat. Timet viduari conjux & sollicito ejulatu cælum

ac



fatigat. Lamentantur Parentem liberi
tenerrimis fletibus, qui
vel Niobes saxeam
duritiem mitigarent.
Opes autem & bona
non minori gaudio ac
spe devorant hæredes
ac in urbium direptio-
ne spolia à militaribus
harpyiis occupantur.
Quin & utrinque va-
rium lethi genus nec

una pereundi via fi-
nem miseriis imponit.
Illi hostilis ferri furor
recludit vitalia: alius
barbarâ ferociâ in sco-
pulos præcipitatus ru-
it: multis astriclâfau-
ce liberum spirandi i-
ter intercluditur, aut
fatali undâ submersi
piscibus epulum præ-
stant, aut flammis ex-
usti abeunt in favillas.

At-



Atqui tot clandesti-
nis prædonibus obno-
xium quoque est mor-
tale hoc corpus, ut fu-
nestum miseriæ hu-
manæ argumentum
præbeat. Horrore per-
cellitur animus, dum
truculentum pestis vi-
rus, dum torridos fe-
brium æstus, dum apo-
plecticorum ictuum
fulmina, dum calculi

im:



improbos cruciatus sæ-
pe ultra impatientiam
tantâ truculentia in
hominem invehi videa-
mus, nec cessare hos do-
mesticos insultus, do-
nec ultimo singultu ex-
plicitus vixisse desie-
rit. Mortem dein-
ceps ex præcedentis
somni infelici specie
aut ex funebri bubonis
in ædibus vociferantis

leffo

lesso vulgi vanitas vix
aliter ominatur ac bel-
licas clades ex corni-
cum conflictu aut dra-
conis volantis indicio
nonnullorum historico-
rum superstitione. Quam
potius id agitur , ut
istorum malorum sca-
turiginem intueamur.
Certè infestis adeò
morborum suppliciis
nunquam laceraretur

b noſtri

nostri corporis machi-
na, nisi nostrâ in-
temperie aut provo-
cati aut laceſſiti ef-
ſent. At quando non
moderamur cupiditati
& illico rerum a-
buſu vires corrumpi-
mus, fieri non potest,
quin violatæ valetu-
dinis pœnas vindex
morbus exposcat. Quis
dubitet, turbulentâ

in-

intemperie vastum,
quoque orbis corpus
pacis Halcyonia expul-
lis? Ambitio & im-
mensa libidine effera-
ta superbia mundum
sub bellicis calamita-
tibus laborantem non
uno exagitavit ævo.
Quod si sanguis in ve-
nis nimio motu extra
temperiem cum sua
fæce efferbuit aut pu-

rulentia inquinatus
degenerat, præsentissi-
mo mox Medici reme-
dio laxatis ferrò vena-
rum claustris modicâ
sanguinis jactura sa-
nitatem redimunt. Er-
go nulla remedii inso-
lentiâ sapientissimum
Numen effervescen-
tem in mundani cor-
poris meatibus sangu-
inem salutari ictu im-

mi-

minuit. Utique arca-
no levamine subsident
flatulenti fastuum tu-
mores , restinguetur
æstuans irarum flam-
ma & sublato siticu-
loso habendi hydrope
redibit Pristini status
temperies , eo voto-
rum ardore sollicita-
ta, quo ægri fugitivum
repetunt vigorem. Sed
eæ sunt rerum imæ-

¶

¶

narum vices , quibus
omnia mutationi sunt
obnoxia. Fatorum pla-
cito neque ridens For-
tunæ vultus neque e-
jus asperitas peren-
niant, ne vel unquam
spes absit calamitosæ
virtuti aut perpetua
felicitas ultra sublu-
narium sortem evecta
superbiat. Sicuti cre-
brò valentissimus bo-

mo

mo subitaneâ ægritudine opprimitur, quam postea hilariori sanitate permutat, ita tranquillitatem Orbis sub Martialibus injuriis deficientem sperata pax nitidius priori reddit splendori. Sed illustrem pacis curam & bellicorum tumultuum compositionem homines ad hunc

mir

 
milia depositi Principibus relinquunt. Dignus est eorum fastigio labor & divinitatis æmulus publicis dissidiis caduceum injicere. Si autem publica domesticis si augusta angustis non invidiose comparare licet, aliquid saltem, quamvis dispar beneficium Microcosmus debebit

A-

 
—
*Æsculapiis manibus
privata mala per me-
dicamentorum salu-
britatem averruncare
conantibus, dum illi
è Macrocosmo exitia-
lia armorum discrimi-
na amoliuntur. Hinc
omnis Medicorum o-
pera ægroto solatium
quærere annisa est
quam non omnino fru-
strà collocari Magi-*
ster

ster docuit experien-
tia. Eâdem intentio-
ne libellus præsens e-
vulgari voluit, cui
nullum prolixius fa-
tum exopto, nisi ut
multorum emolumen-
to inservire possit. Au-
sus sum Cels. Vestr.
Serenissimum nomen
præfigere, sed non adeò
imprudentiæ litavi, ut
tenue hoc opusculum.

110

istō æstimarem pretio,
quo Cels. *Vestra* di-
gnè adoraretur. Te-
stis duntaxat esto stu-
diorum & operæ, cui
in hâc *vestra* Acade-
mia Rinthelensi con-
secraneus sum. Sere-
nissima V. Cels. exilem
rem eo vultu interpre-
tetur, quo Persarum
Rex oblatum à rusti-
co pomum, non eam

ex

*ex munusculi vilitate,
sed ex obsequii prom-
titudine, metiebatur.*

SERENISS. CEL-
SITUD. VESTRÆ

Dabam Rintelii
è Musæo

AN. 1676.

Calend. Julij.

humillimus

Conrad Johrenius
D.



Praxeos
CHYMIATRICÆ

SECTIONIS
PRIMAE

De
CAPITIIS
AFFECTIBUS

CAP. I.

De

Dolore Capitis.



Apitis affectus, qui
vel ut Symptomata vel
ut morbi consideran-
tur, triplicem affe&tam
respiciunt sedem, &
alii membranas, alii
cerebri substantiam, alii meatus obse-
sione

A

sione

2 Prax. Chymiatr. Sect. I.

Quotu-
plex do-
lor capi-
bis.
causae e-
jus du-
plex Ex-
terna

& inter-
na, que
est tri-
plex.

1. San-
guis.

sione infestant. Membranæ capitisi, meninges & pericranium variaeque eorum propagines, ut sunt exquisiti sensus dolorem, (qui si recens, levis facileq; solubilis Cephalalgia, si diurnus & con- tumax Cephalaea, dimidiata tantum capitis partem occupans Hemicrania dici- tur) aut ab externis aut ab internis pa- tiuntur causis. Externæ causæ sunt ac- cidentales, tempestas calida & frigida, crapula, Venus, vehementia exercitia, odor gravis, ictus, aliorumque vaporō- forum usus, qui ex his causis oritur do- lor, languidus est & infirmus sine im- pressione fixâ & stabili. Nunc dolor capitis ab internis causis proveniens cum impressione fixâ est & 1. Ex san- guine 2. ex resolutione 3. ex oppilatio- ne procedit.

1. Ex Sanguine. Paracelsus lib. 10. Paragraphorum de capitis adversitati- bus internis Paragraph. 1. Sanguis producit capitis dolores ex digestione accidentali, hoc est: si spiritus motu plus debito velociori agitati & quasi igne- scentes sanguinis massam, cui inhärent, efferventem reddunt & tumefaciunt, quæ nisu suo expansivo dolorificas va- forum distensiones ejet: vel rerum fer-tilis.

Cap. I de Dolore capitis. 3

silitate i.e. plethora: quando enim Sanguis copia peccat membranæ uberiori sanguinis fluxu subitoque & vehementi ejus incursu supra modum distenduntur, uode solutio continui, quæ doloris immiediatæ causa: vel errore trahim primarum i. e. si Sal, sulphur, Mercurius a naturali statu declinant aut à se invicem separantur, omnia enim ista debent consistere in suo esse absque destructione, si non, tunc morbus generatus est, quod exponit in fragm. ad 1. paramir. pag. m. 134. tract. 2. ideo si sal à sulphure separatur, tunc sulphur putreficit & morbos producit pro dispositione suâ & subjecti: in praecorditis pleuresin, in capite Hemicraniam & Cephalæam &c quippe sal corporibus coagulationem dans sulphur quoque & Mercurium à putredine præ servare & contra sulphur salis coagulationem, cuius proprietate ligati spiritus mechanici, actionum principes, ne officiorum injusto committerentur dispendio, benignâ & pingui substantiâ temperare debebat. In hoc dolore ex sanguine, vena brachii inciduntur & est vera cura. Notandum ve-

Curatio.

A 2 10 70-

4 Prax. Chymiatr. Sect. I.

rò volo, ut conditio ægri observetur, an phlebotomiam ferre possit, ventriculus quoque cruditate non labore, nec intestina sint repleta fæcibus, in omni enim dolore capit is ratio est habenda alvi, si fuerit obstructa, frustaneus erit labor & absque subductione alvi non ritè curabis, exhibito igitur oleo amygdalatum dulcium à 3j. ad 3j. aut 6 Therabinthinæ, ut viæ fiant lubricæ, Clysteribus aut suppositoriis erit sollicitanda, non purgantibus, quibus, malum exasperatur, purgantia enim exsiccant & licet fæces aliquomodo ejiciantur purgatione, de novo tamen obstructio causabitur. Ad intra sive essentialiter ad sedationem doloris exhibetur humidum narcoticum, valent tintura Croci gutta aliquot in liquore convenienti, tintura rosar. Et violar.

Reme-
dia inter-
na, hu-
mida
Narco-
tica.

Beguin. pag. mihi 181. liquor coraliorum, Oleum Camphoræ ad gt. vj. vel viij. administratum in aq. hypnoticâ rabiosis doloribus medetur, hujus olei talis est compendiosa præpara-

Ol. Cam. tio Rx. Camphoram, superfunde aq.

phora. fort. q. s. qua camphoram in oleum sibi innatans solvet, bene s. a. separa & usui serva, hoc tamen provero

non

Cap.I.de Dolore Capitis. 5

non vendito, quod alias fit sequenti modo.

R2. Camphore q. v. boli rubri aut argilla exsiccatæ partes sex, contunde & exactè misce, destilla per retortam vitream loricatam in arenâ, & partim aqua acida, partiim camphora sublimata, quæ admoto carbone liquefacat, prodibit, urge ignem per gradus, quo usque tota camphora exiverit, remanente terrâ nigrâ, destillatum misce cum pari quantitate boli ut supra & operationem priorem repeater vel quater, sum si bene operatus fueris verum oleum camphora descendet. Vel cum Hartmanno prax. chymiatr. pag. m. 78. destilla mixturam camphoræ & boli prescriptam in receptaculum aliquid aqua pluvialis continens destillatae, post recipe destillatum cum aquâ, adde spir. vini part. iiij. & destilla per alembicum igne lento, ita spir. vini tenuissimum oleum camphoræ transferet, quod separatim servandum, separato spiritu vini per separatorium aut M.B. Ad extra laudatur Remedia

A 3 datur

6 Prax Chymiatr. Sect. I.

Externa
topica.

datur oxyrrhodynum, unguentum alabastrinum, rosaceum, album camphoratum, Nenupharinum & alia topica ex succo Narcoticorum, semper viv. mandragor. solan. &c. facta. Localia verò hæc in posteriori capit. parte ob principium spinalis medullæ pariterque nervorum, qui à frigido multum lœdantur, ponenda non sunt, nec actu frigida esse debent. Utiliter quoque hæc spir. vna. a colifato imbuто capiti applicantur, quo pori laxati fervidis spiritibus exitum præbent. Thephrastus in libr. principiorum seu de mysteriis vermium cap. II. p. m. 1093. jubet caneros fluviales contundere, succum expressum & in unguentum redactum temporibus applicare. Verbena herba potenter in dolores capitis à quacunque causâ exortos vi specificâ agit, & hæc non frustra laudari frequens docet experientia. Sanguinis vitia præsentissime corrigit sequens.

Rz. Cinnabar. Antimonij Zlij.
Unicorn. min. Dj.
Corall. rubr. præp.
Margarit. præp. ana. Zj.
Croc. orient. Zb.

Dof.

Lap. I. de Dolore Capitis. 7

Dos. à 3j. ad 3ij. & sanguinis validum
est mundificativum per diaphoresin.

II. Ex resolutione fit dolor capitis,
quando in ventriculo *Tartrarius* resolvi-
tur, ejusque orificium non bene clau-
ditur, tum vapores seu spiritus Salistar-
tarei ad cerebrum ascendentes mem-
branas feriunt. *Paracels.* lib. 10. para-
graph. 2. Sic vapores ascendere & quen-
dam quisi fortificationis sensum ad ca-
put prorepere, ibidemque dolorem cau-
fare vulgo dicunt, cum potius materia
hæc resoluta nervorum extremitatibus
se insinuet, eisque vellicando spasmum
faciat, qui per eos continuatus mem-
branisque capitis, quæ tunicas nervo-
rum propagine constituant, communi-
catus, dolorem imprimit, quem admodum
extremitate funis tracta, cohære ns
alteri extremitati campana sonum edit,
cui materiæ reducendæ vel coagulan-
dæ aptissima sunt oleum salis aut spiri-
tus Vitrioli, Elixir Vitriol. Myns. ejus-
demque sulphur. (quo Helmontius se o-
mnē dolorem capitisaufferre posse scri-
bit) præsertim narcoticum quod ita fit Re. Sulphur.
Limaturæ Martis part. j. Vitrioli vitrioli
part. ij. affunde acetum destillatum co-
que lento igne, coagula & urge in arenâ

2.
Resolutio

Curatio.

A 4 ad

8 Prax. Chymiatr. Sect. I.

ad incandescētiam , refrigeratis iste-
rum affunde acetum & extraheatur
tinctoria , postea instillato guttātū o-
leo Tartari præcipitabitur Sulphur vi-
trioli anodynūm , quod benē abluen-
dum propter salem vitrioli vomitū
cientem . Materia peccans , quæ est
Tartarus , inventriculo optimè per vo-
mitū educitur Croco metallorum cor-
recto . Sulphure aurat . Antimonii
vel Sale Vitrioli vomitiv . qui à Paracels.
lib . 1. de rebus naturalibus cap . 8. ubi
de virtutib⁹ vitrioli crudi & Colco-
thoris agit , Grylla vocatur , aitque id
nominis Vitriolum accepisse secrētē in
lib . 2. de viribus membrorum internō-
rum cap . 3. & 4. p . m . 319. & 320. li-
quorem vitrioli ad cerebri magnos il-
los affectus vertiginem , phrenesin , ma-
niam , caducum , vocat arcanum , quod
ex Gillā extractum est . vid . Croll . p .
118 cognoscitur verò hæc doloris spe-
cies , ut si cum dolore anxietas , nausea ,
prostratio appetitus aderit & per inedi-
am magis augetur .

4.
Oppila-
rio.

III. Ex Oppilatione . Oppilatio seu
obstructio principalium viscerum cau-
sat cephalalgiam eamque ut plurimum
He-

Cap.I.de Dolore Capitis. 9

Hemicraniam, quæ cognoscitur ex loco affecto. Si enim *Hepar* obstructum fuerit, gravitas, in dextro hypochondrio percipitur, urina citrina vel rubea min-
gitur & dejectiones in substantia & co-
lore malæ apparent. Si *Lien.*, gravitas in
sinistro hypochondrio erit; Si ex Ma-
trice menstruis ablatis, diminutis, vel
indebito tempore fluentibus, aut alia
materia corrupta restagnante caput ad
extremitatem ossis sincipitis dolebit &
circa regionem matricis dolor sentie-
tur.

*Hepatis
ejusque
indicia.*

*Lienis.
Matricis.*

In omni dolore capitis ratio quo- *Renum.*
que est habenda *renum* hique prius cu-
rentur, *quia*, inquit Paracelsus lib.2.
tract.3. de tartaro c.4.p.m.440. cum in
renibus non sit digestio, & virtus at-
tractiva non habet quod attrahat,
dum renes müssen ad hepar kommen/
quia oppilatum, & tamen müssens
trincken haben/ feuchte haben/ ideo
perspinæ dorsi attrahunt à capite nu-
trimentum & primè dolores in occipi-
tio, postea hemicrania: Interdum to-
tum caput occupant. *Quia* cum virtus
attractiva *renum* trahit nutrimen-
tum capitis, quo caput nutriti debet-

A 5 rec

10 Prax. Chymiatr. Sect. I.

ret & fluxus attrahit & sic materia
in renibus augetur per fluxus, & fe-
bris augetur. Ideo in hemicrania
& omni dolore capitis sola cura est, ue-
renes prius curentur. Verum non vi-
deo renes per quas vias aut quâ virtute
attractiva per spinam capiti nutrimentum
subtrahant, sed serum redundans,
& vel simpliciter, vel cum aliis conju-
ctum, causam esse puto, nisi quis ex in-
geniosissimi Giffsonis sententia dicere
velit, succum nutritium ex spinâ dorsum
renes sientes per nervos sexti paris de-
ferri.

Hic ego præsuppono cum ali-
is, prædictas partes infinitis poris es-
se præditas, per quos pro ipsorum dis-
positione variaz particulae sanguinis, non
aliter ac diversi generis grana per diver-
simode perforata cribra secernantur:
Hinc hepar particulae salino amarabilis,
liensem acido-salinæ, quos, si pla-
cket, melancholiz vocare poteris, in-
grediuntur, quia singulæ pro figurâ suâ
transitum offendunt; ast quando pori illi
sunt obstructi, regurgitant particulae illæ
salinæ & in caput evectæ, aliae punctim,
aliae scissim membranas feriunt ac arro-
dunt, & sic de cæteris: Inde Paracels^o, ubi fal-

Cap.I.de Dolore Capitis. 11

sal non sit, dolorem non fieri, audacter
pronuntiat.

In cura de oppilantibus erit agen-
dum i; valet *Mixtura de tribus*,
quæ ex Spiritu Vitrioli correct. part. j.
Tartari corr. p. ijj. Theriacal. campho-
rat. p.v. constat, *Spiritus Penoti ape-
riens*, cujus præparationem vide in phar-
macopœâ Schrod. lib. 3. cap. 26.
*crocus & aperitivus ejusque magisteri-
um*. Myns. Ad hemicraniam Beguin. in
Tyr. Chymico sequens commendato-
leum, R. Rutha Mj. cog. in lib. 1. o. o-
levarum rec. in olla novâ per horam Hemis-
dimidiam, deinde funde illud in Re-
tort. eique adde Therebinth. clara &
venera 3xij. Colophon. 3iiij. destilla
in arenâ. Aq. clara, que primum ex-
it & nullius momenti est, separetur:
postea igne per gradus auctio, Oicum
destillatione proclaretur, seorsim af-
servandum, praesente paroxyymo de
eo parum ad ignem calfiat & gossy-
pio in eo humectato, frons & tem-
pora, ut & ipsa pars dolens, cum cu-
bitum eundum est, innungatur. Ex
vermibus quoque in intestinis, dolor
capitis oritur, quem sèpè epilepsia se-
qui-

Dolor ca-
pitis a
vermibus

12 Prax. Chymiatr. Sect. I.

quitur & suis signis deteguntur, ubi
scolecobroticis agendum erit, quod vide
suo loco.

Curat.

à Taria-
ro.

Curatio.

Quod si vero nulla causa exter-
na nec obstructio viscerum, nec re-
solutio in ventriculo, nec ebullitus san-
guinis ad fuerit, *Tartarum* capitis in sy-
noviâ delitescentem suspicare, unde do-
lot fixus & acutus, qui levi occasione
motus per multos annos ægitum, ut fe-
rè omnem patientiam excutiat, crutia-
tu infestat. Fit verò hic Tartarus, ut
cum nutrimentum pervenit ad ventri-
culum cerebri & archeus cerebri sepa-
rat purum ab impuro, purumque pro-
nutrimento cerebro exhibit, impurum
verò seu excrementitium, in quo Tar-
tarus, quod per emunctoria, expelli de-
bebat, extra cerebrum figitur in capi-
te, & membranas duriori ambitu la-
cessit; De Tattaro intra cranium lapi-
descente & acutissimè angulato vid. I-
saac. Cattieri observ. medicinales ad
Petrum Borellum observ. xv. p. 49. In
his præmissa purgatione ex *arcano Cor-
allin.* vid. Croll, in basilicâ Chym. pag.
128. vel *Aquila alb.* precip. in extract.
pilular. *Cochiar.* præ cæteris oleum
offissum humanorū cum oleo philosopha-
rum

rum mixtum, quo pars dolens inun-
genda, tibi commendatum habeas.

C A P. II.

D e

Phrenitide..

EX Inordinatâ dispositione cerebri & affectione spirituum, Vnde de-
quâ animæ occasio denegatur I-
dæs sive impressiones cognoscendi, fit
mentis alienatio, quæ dicitur *Despi-entia*, unde perversum adeat rationis
regimen, imaginantur enim laboran-
tes sibi illa, quæ vel non sunt, aut lon-
gè aliter se habent; dolores quoque
præfentes non sentiunt, quia mens la-
borat. Est verò desipientia *alia cum fe-
bre, alia sine febre*; quæ cum febre exi-
stit *Phrenitis* dicitur *πνησ Φρενίς* Quid sit.
i. e. à mente, quam lassam videmus,
vocamus etiam *vsg & diazvotay* i. e. in-
tellectum & intelligentiam. Gal. pror-
reht. 1. text. 4. Germanis **die**
Haupt-Schwachheit. Distinguitur
nunc *Phrenitis* in *exquisitam & non ex-*
quisitam

14. Prax. Chymiatr. Sect. I.

*Vel ex-
quisita.*

*vel non
exquisita*

quisitam. Exquisita est, quæ in loco ge-
neratur i. e. qui primo afficitur locus
cerebrum sit & semper perdurat. Non
exquisita, quæ à Tralliano Paraphren-
sis appellatur & sit per consensum, nec
continè perdurat, sed conquietere &
cessare solet.

*Causa
Galen.*

*In quan-
tum con-
veniat
cum Her-
metica.*

Causam Phreneseos Galenici san-
guinem biliosum ex arteriis majo-
ribus in minores, ex minoribus in
minimas & deinceps porositates ce-
rebri ejusque membranas propulsum,
dumque ibi transitum ad venas per si-
nus in venire nequit, inflammationem
sive quiete, dum circulatione suâ
debita privatur, produceant statuunt,
eum quibus Chymici in causâ proxi-
mâ consentiunt, in antecedentibus ve-
ro differunt, ut ex sequentibus patet. Pa-
racelsus tom. 1. lib. 2. paramiri de o-
rigine morborum ex tribus substantiis
cap. 4. p. m. 45. ait. Maniam, Phre-
nesin generari ex sublimatione Mercurii.
& lib. 10. paragraph. de capitib ad ver-
titatibus internis, paragr. 3. p. m. 471
Phrenesin generari ex oppilatione; In
ertia, inquit, specie, qualis oppilatio,
tales morbi, graves scilicet ut ma-
nia, phrenesis & insania species, jux-
tasua

za sue partis oppilationem, per calidum aut frigidum resolutum aut coagulatum. lib. I. cap. 3. de viribus membro. p. m. 318. *Phrenesm* generari ex oppilatione spiritus vita. Et hanc ponit causam proximiorem, sublimationem Mercurii antecedentem, ne sibi ipsi dissentire videatur, quod & explicat loco modò citato, ex sublimatione Mercurii obSTRUCTIONEM generari, ex obSTRUCTIONE spiritusvitæ oppilationem, unde in cerebro putrefactio & inflamatio, & cum iam spiritus suffocatio adsit. totum corpus febili paroxysmo percuti. lib. paragraph. de morbis vermium in expositione textus paragr. 2. c. f. notat; In anatomia cerebri reperitum esse vermiculum, qui piam & durum matrem transfoderat, unde Phrenesis generata. Prognostica ut brevitat studeamus omittimus, obiter tamen notamus, urinam plumbeam & viridem esse lethale signum, & quibus urinæ emittantur claræ limpidæ & aquosæ rarissimè salvari. Crisis vero sit ut plurimum per sudorem, vel per hæmorrhagiam narium, vel per hæmorrhoidum apertione, quandoque per de-

Prognos.
sis.

Crisis.

ziva.

rivationem materiæ ad loca post aures
glandulosa.

Curatio

1. *pervomitoria.*

2. *anodyna.*

3. *diaphoretica.*

Curatio est festinanda antequam ma-
teria peccans figatur, quam primum igi-
tur *Vomitorium* idque quod fortius agat
& quo unico causam morbi tolles exhi-
beto (mihi in usu est tale, Rx. Antimonii
& Nitri fixi part. æq. sublima in cucur-
bita flores, quos seorsim ad usum quem-
vis serva, quod in fundo remanet fixum
edulcora. Dosi. à gr. x. ad xvij.) Post a-
nodynæ, quorū Syndromen vid. cap.
præcedente, & inter alia præcellit Lau-
danum *Theophrasti*. Ad hæc dia-
phoretica & de obstruentia, continuan-
do per aliquot dies, *Ceraunocryson*
cum Mercurio microcosmi exaltatum,
Cinnabar. *Antimonii,* *Bezoard.* mi-
nerale, lunare, *Antimonium diapho-*
ret. Sulphur auratum ex minera
Vitrioli, cuius processus talis Rx. Minera
Vitrioli, quam vulgo *Nekens* vocant &
Meg. Allmerodæ (gros Allmeroda) que
Hassia inferioris vicus est 2. Milliarib.
à Cassellis, copiosè in argilla repe-
ritur calcinata, Not. quod radiis lo-
laribus exposita, non igne, calcinetur,
affunde aq. pluvialem, coque, fil-
tra

Cap. II. de Phrenitide. 17

gra, ad dimidiā inspissa, & de-
bita evaporatione Chryſtallizari ſine,
Chryſtallos hos iterum ſolve, ſi lutos
præcipita cum oleo tartari guttatum af-
fulo aut ſpir. urinæ in Sulphur Vitrioli,
quod ſublimando aliquoties fige &
hahebis pulvrem preſiosiſſimum.
Quod ſi ulterius progredi volueris; Sul-
phur hoc ſublimatum cum parte di-
mida ſalis vitrioli puri miſce & per
retortam igne suppressionis validiſſi-
mo deſtila & oleum rubrum prode-
bit, cui affunde aliquid aceti deſtila-
tari & ſpadicei coloris pulvis pre-
cipitatibus, ex quo benè edulcorato
cum ſpiritu vini dulciſſimam ſulphu-
ris vitrioli eſſentiam extrahē ad mul-
tos affectus laudatiſſimam. Alii curam
ſubitaneam adſcribunt ſpiris. de terra
ſigillata. Denique Cerebrum Tinctoria
luna, Balsam. Sulphuris, extract. Croc.
orient. liquor. Vitrioli. ſpir. Salis,
&c. erit confor-
tantia &
putredini
reſiſten-
tia.

Eſſenti:
vitrioli.

4. Cere-
brum
confor-
tantia &
putredini
reſiſten-
tia.

B

In.

Inter cætera medicamenta paulò
Anrum antè posui *Ceraunocryson diaphoretic-*
fulmi- *eum*, quod cum Mercurio Microcosmi
cians. exaltari debeat. Est autem illud Græ-
cum nihil aliud quam *Aurum Fulminans*
& præparatur seqnenti modo: &c. *Auri*
Hungarici per *Antimonium purificari*,
q. v. dissolve in sufficiente quantita-
te aq. Regis, solutioni infunde ol. tar-
tar. aut aquam salsam commune, usq;
dum calx auri ad fundum descendat
& menstruum limpidum omne absor-
ptum aurum reddidisse videoas, quod
per inclinationem separa & calcem
auri aquâ pluviali destillata benè e-
dulcoratam perse in hypocausto vel
aere sapissim spatu ligneâ agitando
exsicca, quam primum enim calorem
excedentem sentit, incenditur & ma-
jno fragore partes subjectas conqua-
fat & hoc est aurum illud fulminans.
Cujus &c. gran. iij vel jv. in cochlea-
ri argenteo & affunde spiritum vi-
ni optimè rectificatum, quem sub vi-
ero amplioris orificiū accende, ubi con-
sumto spiritu vini ceraunocryson ful-
mi-

Cap. II. de Phrenitide. 19

minaverit, pars quadam ad latera
vitri sublimabitur. Hoc pro sufficiente
quantitate, quam desideras, reperi &
vitrum cum spiritu vini lava, sine
calcem residere eamque exsiccata. Hoc
est aurum diaphoreticum, cuius dosis 2
gran. j. ad iiiij, quod si, cum Mer-
curio Microcosmi, quem vid. cap.
v. in minori phiolâ sublimaveris,
habebis sanè medicamentum auro
potabilis succedaneum. Vel scilicet. Auri
fulminantis & cum dimidiâ parte
sulphuris incrucibulo misce & accen-
de, quod vim fulminantem ipsi adi-
met; post, primum igne lento, deinde
fortissimo ad horam j. reverbera, ut
aurum evadat levissimum, & hoc
sublimare poteris, uti dixi, in phiolâ
optimè clausâ asservandum, quo dura-
men semper majori vi operabitur,
si recens factum adhibeatur.

B 2 CAP.

C A P. III.

De

Melancholia.

Melan-
cholia
quid?
Melan-
cholicorū
gres ordi-
nes.

1.

2.

3.

Quæ sine febre existit desipientiae species una est *melancholia*; altera *mania*. *Melancholia* est delirium cum metu & tristitia absque febre & furore; quæ detentis, si malis cogitationibus, timore & tristitia, absque causâ manifestâ infestant nec loquuntur, sed taciturni solitudinem desiderant & insomniis turbulentis cruciantur, cogitatione delirare dicuntur & est *primus gradus*. In augmento si adhuc proveniunt, ut illud, quod mente concipiunt, secum missent & ore effundant, aliaque incongrua verba proferant, cogitatione & verbo delirant & est *secundus gradus*. Qui vero demum quod cogitant & loquuntur operatione intendunt, amicos habent pro inimicis, timent non timenda, & inordinate pedes, manus, oculosque mouent, terroso gradu laborant. *Hip-*
pocr.

Cap. III. de Melancholia. 21

pocr. Sect. 6. aphorism. 23. Phantasmatis melancholici ajunt Galenici causam esse vitiosam dispositionem spirituum animalium, qui cum tenues & lucidi, reddantur obscuri & tenebricosi, unde Idæarum falsa fiat impressio. Dispositionem verò istam oriri, vel à *vizio Cerebri* luce suâ privati, quod idem nec lucidos generare possit spiritus; vel ex sanguine & spiritu vitali ex quibus illi sint; vel ex foeculento & aero humore & vapore ad mentis sedem ascedente: Unde dividitur Melancholia in eam, quæ *solitus*, quando nimis sanguis melancholicus in toto redundat corpore; & quæ *partis* alicuius virtutis fit; ut *Cerebri*, ex prædictâ causa. *Cardis*, quia Spiritus gignat impuriores. *Hypochondriaca*, quando humor melancholicus in Hypochondriis colligitur, & per vapores atros obscuros supremum hominis æthera obnubilat.

Hermeticus ex fonte Philosophico naturali quatuor melancholicorum genera novit, secundum cursum quatuor humorum. Paracels. de morb. amentium, tract. 1. cap. 5. in fine pag. mihi. 497. Fit verò ex istis Melancholia non

Causa
Melan-
cholia se-
cundum
Galen-
icas.

Melan-
cholia
quoctu-
plex.

Causa
Melan-
cholia se-
cundum
Herme-
ticos.

B 3 qua-

22 Prax. Chymiatr. Sect. I.

qualitatibus primis aut secundis, sed per
diverse auxilias & iuxtas, quando nimis humor spiritum suum
redundantem ad Palladis arcem expel-
lit. Humores vero nihil aliud sunt
quam talia E. gr. Sanguis est sal fatus,
Phlegma est sal dulcis, Bilis est sal a-
marus, Melancholia est sal acidus; unde
veram causam spiritum salis phleg-
mate suo naturali destitutum, & quem-
que pro specie suâ acerbitate & acri-
monia contractâ, modo dirimendo &
resolvendo ea, quæ fixioris ac solidioris
sunt substantiae, modo coagulando,
quæ magis spiritualia existunt, melan-
choliam producere scias.

Dico 1. causam esse spiritum sa-
lis, Sal enim est causa dissolutionis &
coagulationis; dissolutum dicitur,
quod vim suam balsamicam amisit,
sic quando Mercurius seu spiritus a-
nimales dissolvuntur vim suam amit-
tunt, Quod si vero coagulantur de-
bito motu privantur & propter tor-
pedinem circulari, nequeunt, unde quo-
que mentis alienatio, spiritus enim ho-
minis nunquam debet subsistere, sed esse
in perpetuo motu.

Dico

Cap. III. de Melancholia 23

Dico 2. Phlegmate naturali destitu-
tum, Quæ pulchritè explicat Querce-
tanus in tetrade affect. capit. cap.
7. pag. mihi 64. & 65. ubi inquit,
Atqui hujusmodi substantia, Mer-
curiales nempè, sulphureæ & salinæ,
humoribus pituitosis & Melancholi-
cis, iisque præternaturalibus compa-
rantur, quæ seorsum à sanguinis mas-
sa subsidunt. Harum pituita, nunc
dulcis vel salsa liquori dulci aut sal-
so comparatur: bilis nitro sulphurea
sulphuri nitroso respondet. Melan-
cholia acetosarum & ponticarum qua-
litate prædicta salis vitriolati, &
aluminosi naturam refert. Que qui-
dem sunt instar ignium terrestrium,
sulphureis aëreis & athereis ignibus
ita oppositorum, ut aqua vite nul-
la arte extrahi possit. At si quid,
primò ex eo prolicetur, illud propè in-
sipidum phlegma est, à quo corrigi-
tur & velut coercetur. Cujus consor-
tio si fuerit privatum eam acrimo-
nia violentiam adipiscitur, ut saxa
nec non ipsa metalla vel densissima

per-

24 Prax. Chymiatr. Sect. I.

perfringere ac erodere valent. Asimili ratiosinandum est, humorem videlicet melancholicum, à proprio phlegmate spoliatum, eam acerbitatis & acrimonia vim contrahere, ut desinat censer amplius naturalis, ac præterim contra naturam haber: ut que omnium acerbissima, gravissima & exitialissima in corpore humano symptomata inducat, Si quidem aquæ fortis, ex vitriolo, alumine & nitro conflatæ, naturam redoleat: cuius etiam effectus imitatur. Licet melancholia etiam à causâ externa sit, est tamen ea remotior & internam, quæ in toto corpore, nec in una parte solùm, quamquam magis molestiam sentiat, sedem habet, ad agendum impellit.

*alio
ne fit
Improba-
tavene
Sectiane.* Curatio. Curatur Melancholia non syrups aut conservis vulgaribus, ut potestate quibus non cedit. Venæctionem, ob defectum spirituum animalium vel vitalium, minimè approbo, nec feliçem inde successum spero, moneo igitur fidelissimè medicos illos praticos, apud quos crebriùs invaluit, ne temerari

Cap. III. de Melancholia 25

rariè, sed cautè phlebotomno agant. Post aditum verò præparatum digestivis, potissimum quæ ex Tartaro & Chalybe, ut sunt Acid. Tartari chalybeatum, Tinctoria Martis, Magist. Martis aperit. Myas. Cremor & Cryst. Tartari, Tартarus vuriolatus &c. exhibenda erunt leni & auctiori dosi 1. & 2. purgantia, Aq. benedict. Ruland. Crocus metallor. Sulphur auratum antitibus. Extract. hellebor. nigr. Antimonium fixum cap. præcedenti descriptum, &c. specifica virtus melancholiam curandi consistit in Antimonio. Paracels. de morbis ament. cap. 5. & 6. scribit, quintam essentiam Antimonii esse perfectam curam insaniæ, item oleum antimonii præservare ab omnibus speciebus amentiæ. Flores antimonii in exigua quantitate Theriacæ manè sèpius exhibiti feliciter liberant: Omnia pro ratione morbi. 2. Confortantia, inter alia præcellit tintura vel essentia Croci, cuius vim maxime prædicat Theophrastus. 1. 1. de viribus membr. cap. 5. & oleum ejus, quod lib. 2. de viribus membr. describit & est tale, &c. Croci opt. cohoba in Spir. vin. opt. omnino spirituali, in panno molli, sigillo

Digestio.

Confortantius.

B 5 Hér-

26 Prax. Chymiatr. Sect. I.

Hermetis, idque duodecies, cum Cres-
cus fit oleum, hujus gutt. j. in vino-
vite cordis summa est lattia senibus
& melancholicis. Lib. 3. paragraph.
c. 2. §. 4. attingit vim ejus penetratim.
Valde quoque ab eo commendatur li-
quor Luna, Corallorum, Sapphir. Muse.
Spir. Gilia, lib. de vit membr. c. 4. Lau-
dat Sal. Lvis Thold. Schröd. in phar-
macop. I. 3. c. 14. & in appropriatis
sanguinem asini ex venis post aures ex-
ceptum & pulverem secundina Hartman-
nus in Chymiatriâ.

Specif.

C A P. IV.

De

Maniâ.

Mania
quid.

P Rogredimus nunc ad atrocissi-
mum illum affectionem, quo homo
creaturarum nobilissima, & ad
imaginem creatoris expressa, excisa
ratione, infra pecudum dejicitur for-
tem, *Maniam* dico, malum ingens &
abominabile, mentis lachrymabilem e-
mo-

Cap. IV. de Mania. 27

motionem, quā qui cum anteā affabiles, placidi, audacia & loquacitate temerari & iracundi sīunt, torvum & triculentum horrendo vident aspectu, quin etiam appropinquantes admirando robore & plurquam belluina invadunt ferocia & sic à melancholicis distinguuntur. Causam Galenici aſſe-
runt fervidam & igneam diſpositionem Galenist.
ſpiritorum animalium, à biliosis atris ca-
lidisque humoribus in cerebro proxi-
mioribus venis & arteriis, in ipliſ quo-
que vasis cerebri detentis, exortam Jon-
ſton. in Idra prax. l. 8. c. 4. art. 5. &
alii occultam potius & potentiorem
caſam necessario conjungi illudque ex
symptomatum enormitate & diurni-
tate patere ſcribunt, quæ verò sit, ta-
cent, & bene faciunt, quia melius eſt
tacere, quam ineptè loqui.

Paracels. ut cap. 2. de Phrenesino-
tavimus, caſam Maniæ ponit l. 10. Herme-
paragr. de capitib adverſarib inter-
nis. §. 3. in oppilatione partis per ca-
lidum aut frigidum resolutum & coa-
gulatum, ideoque duplex dicitur, una
quæ eſt ex destillatione & resolutione,
a terra ex ſublimatione & coagulatione.
libr.

28 Prax. Chymiatr. Sect. I.

libr. 1. de morb. ament. tract. 1. c. 2.
Maniam oriri ex tribus primis, i. e.
Quando tria prima, in quâ parte ho-
minis sit, à se invicem dissolvuntur,
in nequitiam eunt, Sulphur accenditur,
Sal reverberatur in calcem & in aquam
fortissimam solvitur, quæ humoris vi-
tae permixta, cum incendit, tumq; ite-
rum subtilissimi à crassioribus sit sepa-
ratio; Sic Mercurius, cui tanta est sub-
tilitas, ut nequaquam in fundo perma-
neat, sed ad summa tendit, nimirum e-
niam depuratus & spiritualis factus vo-
latilitate & acrimoniam maniam produ-
cit. Quemadmodum oculi lumine so-
lis perstringuntur penetrabili, sic mens à
subtilissimo Mercuriali spiritu sydera-
tur. Si vero materia non resolvitur,
sed in coagulatione jacet, urit & incen-
dit non aliter ac Nitro conflagrato sal-
fixum ejus igneâ qualitate pollet. Sed
Obj. quæres cum Phrenesis cap. 2. proveni-
at à Sublimatione Mercurij, quomodo
Mania indè possit existere; vel quomo-
do ab unâ cādemque causâ diversi illi
orientur morbi: Respondetur 1. Hos
morbos unam eandemque quidem ha-
bere causam materialem, sed non for-
malem, cum in maniâ nulla prorsus
fiat

Cap. IV. de Mania. 29

fiat sulphuris nitrosi inflammatio , unde febris in phrenesi. 2. plures morbos posse ex eadem causa remotâ sive antecedente oriri , qui tamen in proximâ & immediatâ variis accidentibus differant.

Curatio instituenda est 1. *Evacuando* illud, quod mineralia morbi alit, tum per superiora, tum per inferiora purgantibus. *Confugiunt hic plerique ad Extractum Hellebore nigr.* unde si quis fatuus , aut stolidus , purgandus *Helleboro* esse dicitur; alii ad *Antimonium*. In quo etiam perfecta cura insaniz, ut cap. præced. diximus , consilit, nec minus in *Mercurio*; Inde non immerrito commendatur justâ dosi exhibitus *Mercurius vita* legitimè præparatus vid. Schröd. pharmacop. l. 3. cap. 15. pag. m. 410. & Croll. basil. Chymic. p. m. 130. *Flores Antimonii correcti*. ibid. p. 133. &c. *Venæscæ Venæscio* ad hæc instituenda, ut illud, *etionem*, quod destillatum & nimis spirituale est. Etum, residueat.

11. *Coagulando* illud quod resolutum & resolvendo quod coagulatum est; inter alia præcellit oleum camphora & ad intra & ad extra usurpatum, *Laudanum opiatum*, quod describit Conradus Khunradt in medullâ destillatoriâ p. m. 469. & 470. *Elett.*

30 Prax. Chymiatr. Sebt. I.

Elect. laudan. Croll. p. m. 179. Saccharum Saturni, Sal Jovis, Tinctura Antimonii, Tinctura Lunæ, Hypericon, Liquor Corallor. Spir. Vitrioli Philosophice striaatus s. arcanum Gilla. vid. Paracels. lib. de virib. membr. cap. 3. & 4. pag. mihi 319. & 320. de oleo Camphoræ, Paracels. de morbis ament. tractat. 2. cap. 2. p. m. 501.

Bz. olei camphor.

Musci ana 3j.

Misc. Dosis 3ß.

hoc mirificè tollit Maniam, extinguit calorem corporis, effervescentiam sanguinis sedat, coagulat materiam, ut frigus aquam in glaciem & simile huic recepto nullum invenimus.

Causa antecedentes.

1. Menstruum & sperma retentum in venenū.

Phil. irrum.

Sunt & causæ antecedentes, quæ tria prima alterant.

I. Menstruum & sperma retentum in que naturam talis veneni conversum, de quibus in suis titulis vid.

2. Philtrum propinatum unde Pcta.

Phil.

Phlera nocent animis vimque furoris
habent.

in quo juvat extractum nasturtii & pul-
vis secundina ex primipara masculi,

3. Vini à fulmine congelati potus, *Vinus*
quod maniam inducat meminit Seneca *fulminis*
& hæc Mania est per coagulationem, *congela-*
fulminis enim qualitas vel potius par-
ticulae sulphureo nitroso vino impres-
sæ in microcosmo eandem faciunt ope-
rationem ac fulmen in vino, quod fulmi-
nis ejus vi admirandâ ita congelari
poteſt, ut etiam aliquando vase fræto
non diffluat, de quo Albertus magnus
ita ſentit; Calor, inquit, succum vi-
ſcidis ſiccisque vaporibus permixtum
facillimè coagulare, viſcidum redde-
re & indurare poſteſt; quippe eodem
modo, sulphur, nitrum, ſaccharum
generantur: ſi radius vinum, quod e-
jusmodi vapores inſecontinet, ferit,
ob abundantem verò humiditatem
penetrare nequit, ideoque extremas
eius vini partes indurat, ut tanquam
in utero conſiftat, in modum conge-
latæ & ſub glacie conclufæ aquæ, quod

dc

demonstrat sequenti experimento, Re-
cipe Pulicariam impone in vino, &
viscoso humore, quem vinum exha-
lat, in externis impregnabitur parti-
bus. (sed viscosum hunc humorem non
ex vino sed mucilaginem ex herbâ, u-
dico)

Cura.

Sylvester Rattrey de causis syn. &
antipathia arcanis scribit, Martem præ-
servare à fulmine vinum, quod etiam
apud vulgus irruente tonitru in usu est,
vino ferventi & cerevisiae recens co-
& chalybem immersere; ita maniam
ex vino congelato, ab alio etiam coagu-
lato, non melius, quam Martialis, Ef-
fent. oleo. vel tincturâ Tis &c. compe-
sces.

*Vegeta-
bilia in-
fana.*

4. Vegetabilia quadam, Cicuta, Man-
dragora, Hyoscyamus. Solanum &c. af-
sumta, quibus spiritus ejusmodi sulphu-
reo-Mercurialis inest, qui in spiritus
vitæ agit eosque fævire facit. Quo-
rum antidota Spir. vini. Effent. caſtorei.
ruth. &c,

*Morsus
rabido-
rum. Ta-
rantula.*

5. Morsus diversorum animalium;
ut morsus Tarantula, quo pereiti Mu-
sica curantur, præsentissimum verò est
tarantula, remedium, si tarantula, que lætit,
icit.

fit, iā qui super imponatur, cuius elegantiē
descriptionem apud Athanasiū Kirche-
rum l. 3. de art. magnet. vide. Sic & morsus
Canis, Felis, Lupi rabidi, unde Kynan-
thropia, Aluranthropia, Lycanthropia
dicitur, quā homo se felem, canem, lu-
pum factum esse imaginatur, illorumq;
mores imitatur, à quo deridenda & a
rectā ratione aliena opinio multis per-
suasit, hominem verè in lupum, quem
ein Wär. Wolff dicunt, transmuta-
ri. Hec mania plerumque est cum ve-
hementi liquidorum omnium & aquæ
potissimum abominatione, sed cura est
in ipso animali, cuius pili imponantur
ad extra vulneri, siquidem venenum at-
trahunt, similiter exusti propinantur,
deinde jecur rabiosi tostum demor-
sum si comedit liberat & ne tentetur
hydrophobiā tuetur. Crollius de si-
gnaturis rerum p. m. 49. Si verò rabi-
osum illud animal haberi nequit a-
lexipharmacis & sudoriferis quam citis-
simè utendum est. Lopus piscis ma-
gnus contra morsus omnes canis præ-
stat medicamen & est cutis in superi-
ori capitī parte. Fiunt etiam Lycan-
thropia & aliæ species amentium abs-
que modō dictis causis per imaginati-

Curatio.
Morsus
Cassis, fe-
lis, lupis.

Curatio.

C onemq

onem deviantem, quæ astrum hominis internum movet, ut impressione suâ in veneni ejusmodi minerat agat. Plures species amentium vid. in Paracels. de morb. amentium.

CAP. V.

De.

Caduco.

Caducum.

Sub nomine Caduci Galenici solum intelligunt Epilepsiam, verum secundum Paracellum est nomen generale, & comprehendit suble varias species, quod videre est. l. 3. §. c. 1. §. 2. Nunc qua agritudines ad caduca genera pertinent sunt istæ: Epilepsia omnes species, suffocatio matricis extra locum: syncopa cum generibus suis (videlicet deliquium rediens & non rediens Syncope) vertigines & id genus. ibid: paragr: 3. Sunt & plures agritudines ex generibus de Caduco sine lapsu; Sicut Tetanus Spasmus, torsura oris (qua statim con-

Ejus species.

vel.

vellunt & obſtipant) universalis Apoplexia, contracta Paralyſis, incurvatio per ſpinam dorſi, aut membra particularis, cum ſpeciebus Synthene virorum & mulierum. Harum ſpecierum una eademque eſt cura.

Dogmaticis aliis persuasum eſt, Caudum à crasso pituitoſo glutinoſoque ſuboriri humore ex Galen. 3. de loco aff. ubi dicit; Non ab ariditate evacuatione; ſed à crasso ſemper humore hanc affectionem induci argumento eſt, quod & ſubiò fit, & ſolvitur confeſſim & 4. de loc. aff. loquens de ſopore, apoplexiā & morbo comitiali inquit; Horum trium morborum frigidus, ac crassus viſcidusque humor cauſa eſt. Sed an talis humor tam confeſſim genera-ri & ita cito reſolvi poſſit merito cum aliis dubito: Quippe ſi trium illorum morborum cauſa eſt humor frigidus, crassus & viſcidus, ex ſententiā Gale-ni & ejus afſeclarum, cur non & que-reſolvitur apoplexiā? cuius eandem di-cunt cauſam, quam quidem precipiti insultu irruere; tardiſimo vero gra-du recedere noxiuus, Hippo-cratis exclamante aphor: 42. l. 20.

Cauſa
caduci.

Rejicitur.

36 Prax. Chymiatr. Sect. I.

λύειν ἀποπληγήν ιχυρὸν μὲν ἀδύνατον, ἀσθενέα τὸ σπηλίδιον. Alii substantiis fumosis & spirituosis causam Epilepsia adscribunt, & hi proprius ad metam ferunt, sed non satis est, radicem enim malignitatis unde pullulat, silentio transeunt. Crassissima sententia eorum est, quæ materiam crassam terrenam, accusant. Duplicem itidem

Epilepsia duplex.

*Differen-
tia cadu-
ci.*

Epilepsiam docent, perse & per consensum; sed unus idemque est morbus, ab uno eodemque semine & radice originem trahens, licet matrices & atri differentiam faciant; Differt vero caducus unius membra ab altero, ratione loci, in quo fomes morbi latet, & matricis conditionem emulatur.

*Causa ca-
duci*

Herm.

Analepsia

Epilepsia.

Hermetici Mercurium ad nequitiam versum caussam esse caduci afferunt; Et quot species ♂ii, tot species Caduchi. Sic species ♀i sublimata est vera, species Analepsia. A Mercurio vitriolatis vaporibus, quisunt maligni acres & acidi, imprægnato & per temporis intervalla cum spiritu vitae, cui facile commiscetur, sublimato, sit Epilepsia, quæ pro ratione causa, est gravior & levior. Et quod etiam infantes magis ad

ad Epilepsiam proni sint, causa non est, quod ipsorum cerebrum magis *pertinacissimum*, sed quod lac, quo aluntur in ventriculo eorum corruptitur, accedit & in virus vitriolatum morbi istius somitem degenerat. Spasmus fit. *Spasmus*
cum spiritus salini Mercurio permixti in Chao restant, & ubi Chaos petit exitum ibi fit spasmus usque ad consummationem causæ & sic de cæteris. Locus vero causæ caduci non est in cerebro, licet paroxysmus à nachâ descendat, sed est in Chao vid. Paracels. *Chaos est locus cause.*
lib. 3. paragraphorum c. 2. pag. m.
457 & 458 cuius enim semina astra-
lia & spiritualia, ejus etiam loca oc-
cultæ, i. e. non corporeæ sedes, sed
elementa sunt; Chaos est aer per to-
tum corpus ut in exterioribus diffusus,
in quo elementa spiritu minerali im-
buta, singula prospecie sua dum vita
lia corporis membra procellunt & sy-
derant, caducum efficiunt, cuius dif-
ferentiae ex paroxysmi cognoscuntur
invasione & diversitate. Caducus ex *Differen-*
astro aëris & terra mitissimum, ex a-
stro aqua validiore, *igneus* vehemen-
tissimum patitur paroxysmum & di-
versam requirit curationem ex elemen-

C 3 to

*Quomo-
do fiat ca-
ducus.*

to suo. Fit verò Caducus hoc modo; Mineræ morbi sive in ventriculo, epate, pancreate, utero aut alia corporis parte locata semen astrale & spirituale, ut fulmen in macrocosmo microcosmi elementa ferit, eisque spiritum mineralem imprimit, qui in positum penetrat, non ut materia crassa, sed veluti crocus aquam tingit aut tinctura absinthii omnia reddit amara; Paroxysmus in elemento aëris, non aliter est ac si venti in majori mundo concur- runt, in hoc elemento, quod Chaos Para- celso dicitur, cætera elementa morbifera ascendunt & descendunt. *Paracels. loc. supra citato.* Insuper moneo hic, ne quis cau- cas primas cum subordinatis, nec soli- tarias cum sociis confundat. Supra ex Paracelso notavi, Apoplexiam & Pa- ralysis ad caducum referri; Est vero Apoplexia & Paralysis duplex, *Caduci & Gutta; Apoplexia,* quæ cum spasmo transversè tuentibus oculis & stridore dentium, ut & Paralysis, quando in- stante caduco paroxysmus à cerebro descendit, illudque latus quod percu- tietur, spasio vel tetano corripitur, sunt ex genere *caduci* & ad curam *ca- duci* pertinent. Adrianus Spigelius 2.

de

*Differen-
tia Apo-
plexia.*

de semitert. cap. 15. & Sennertus affectum observarunt, quem apoplexiā & epilepsiam ambigentem sive medium inter apoplexiā & epilepsiam vocarunt, verum fuit, apoplexia ex caduco, quam ter in praximēa novi & Deo benedicente curavi. Porrō omnes *Not.* ægritudines, quæ signis epilepticis se ostendunt, in quocunque etiam sit morbo, primum ad curam caduci erit progrediendum, *Paracels. lib. paragrap hor. 3. cap. 1. p. m. 457.*

Caducus horrendo insultu & fævi- Curatio tiā infamis triplicem respicit curatio- quoniam, unam præservativam, alteram, plex. in ipsā accessione adhibendam, tertiam, quæ ipsas radices morbi eradicat.

Cura præservans infantem ne epi- Praeser lepticus efficiatur *Re. Sacchar. a'b. fin. tiva.* reduc cum oleo amygdalarum dulcium rec. expr. in formam electuarii de quo infanti modo nato antequam lac sugat ad quantitatēm unius cochlearis exhibetur & confessim blando quietet somno, excitato deinde ejusdem medicamenti dosin exhibendo repete, & suaviter per secessum purgabitur.

Et hoc Hartmannus in Chymiatris commendat, addo ipsius verba; Recens

40 Prax. Chymiatr. Sect. I.

Jam natis antequam lac sugant vel cibum comedant; ingeratur oleum amygdalar. dulc. rec. cum saccharofiso permixtum utriusque sit à 3*fl*. ad 3*ij.* vel 3*iiij.* si enim ubi paulisper à sumto hoc abster sivo quieverint; *fl.* Stercus de vaccâ nigrâ adhuc calidum, indatur olla novæ & calcinatur, de quo exhibeat 3*j.* vel 3*fl.* modò nato infanti, (Electoris Saxoniæ secretum) tandem evomunt pituitosam admodum copiam impuritatum in utero materno ante exitum collectarum, quæ impuritates sunt causa multorum morborum in pueris nominatim epilepsia. Quod si non evomunt per alvum saltē purgantur, deinceps ubi balneantur aliquandiu & imprimis per tempus puerperii coque in balneo cortices salicis recentis. Sic nimirūm non ab epilepsia tantum, sed etiam à rabe præservantur (specificum in aridurā puerorum.) Cura interim maxima est habenda nutritiis, ne talis sit, cuius lac tenuerit ad modum vel crassum, lividum vel

Cap. V. de caduco. 41

vel foetidum, acidumque sapiat, si etiam nutrix veneri indulget, pueris, ac si forte ex coitu concipiatur, majorem infert perniciem.

*Paroxysmum respicit, vehementiam Paroxys-
que retundit, sacculus castoreo repletus mum re-
& dentibus caduci interpositus; exhib. spie.
beri itidem poterit Laudan. verum Pa-
racels. à gr. j ad iij vel iiiij in liquore
convenienti; Sic & mixtura simplex,
spiritus cerebri & crani humani, aqua
hyrundinum cum castoreo. Fel catolis,
maribus masculi, foeminis foemellæ, pri-
mum patientibus paroxysmum exhibe-
atur & non amplius cadent. Excellen-
tissimum est in caduco Epileptico &
Hysterico Laudanum quod communi-
co sequens*

R. Crani hominis violentia Laudan-
peremti num.
morte 3iB.
fecor. ranar. virid. exsic-
cat. num. XL.

Castorei

Succin.

Gagat. ana 3iij.

Rad. paeon. sole in librans
ingressum faciente

C S col-

42 Prae. Chymiatr. Sect. I.

collect. 3ij.

Sem. paeon.

visc. querc. ana 3j.

flor. paeon.

tiliae ana Mj.

Santal. rubr.

citr.

Croc. oriental.

Mumie vera ana 3j.

Galang.

Cardamom. maj. &

min.

macis ana 3iij.

Pulverisatis affundespir. vin. & ex-
trahe l.a. tincturam, quam filtra &
in Balneo M. evapora ab consumptio-
nem diuidia partis menstrui, nunc
admisce

Sulphur. Vitrioli Narco-
tici 3iij.

(Quem vid. cap. I.)

Digere vase clauso per 15. dies igne
lento, post abstrahere meistrum ad
mellaginem, ante ultimum verò eva-
porationis gradum ante quam spis-
fescant.

Sal.

Sal. corallor.

perlar. ana ʒj.

Cinnab. nativ. min.

Cinnab. Antimonii ana ʒf.

in aq. cinnamomi solut. ad misceantur
& longa agitatione incorporentur.

Dosis à gran. vj. ad Өß.

Extra paroxysmum ad radices tollendas, primum vomitoris & Catharticis eisque Mercurialibus ut Mercurio vita, Aquila alba dulci, &c. quo posteriori infantes satis blandè & magno successu possunt purgari, cum simile per simile curatur, ex sinceroris Philosophiae fundamentis, agendum erit, post modum specificis per debitum tempus continuandis: In vitriolo viridi morbus auxilium nanciscitur, cuius præparations passim alibi videre poteris. Salam in vitrioli tractat. Quercetan. in tetrade. Hartmann. in præft. Shröderum & alios. Quæque medamenta ex Vitriolo calcis luna prodeant experientia si manum carbonibus admovebitis, docebit. Præstantissima sunt Au. Aurum rum potabile. Quod fit solidissimum potab. auri corpus per clavem philosophie am seu uiversale menstruum mercuriale re-

Extra
paroxys-
mum,
Purgan-
tia Mer-
curialis.

44 Prax. Chymiatr. Sect. I.

le reserando in Phiolam Hermetice
clausa digerendo, post tinctum
menstruum facta cohobatione ab-
strahendo, & remanebit auri essen-
tia quovis liquore resolubilis. Dosis
a gr. j. ad sumnum iiiij, potenter enim
operatur. Lunapotabilis. Rec. Mer-
curii microcosmi digere in phiolâ
Hermetice clausa lento igne ut fiat
liquor limpidissimus, quem affunde
calci luna vel solum vel cum ana.
Spir. vini alcolisati, in vase optimè
clauso & fieri liquor intimè caruleus
cujus dosis a gr. iiiij ad 9. Oleum sanguinis
humani ejusdemque spiritus de quib.
vid. Schröder. in pharmac. cap. lib. v.
class. i. de animalibus. Mercurius mi-
crocosmi cuius præparatio talis R. urin-
am pueri sani, annorum 12 usque
ad 18. vinum bibentis, putrefac in
vitris bene clausis in fimo equino
aut radiis solaribus, usquedum bene
fiebat, postea in alembico primò len-
tissimo igne destilla & egredietur spi-
ritus volatile, qui in star glaciei reci-
pienti inhærebit, hunc seorsim in vi-
tro bene obturato serva, post auge-
ignem

Luna
potab.

Ol. &
spir. sang.
hum.

Mercu-
rius mi-
crocosmi

ignem fortius & pblemma ad siccitatem ferē abstrahē, cumque spiritus instar nebula videas ascendere, recipientem appone purum, cui insillet, juncturis lutatis, pelle tunc fortissimo igne, usque nulli amplius spiritus descendant, hos cum priori spiritu, quem servasti, coniunge & in phiala longioris colli affusa aliqua aqua fragrante, quæ odorem penetrabilem aliquo modo restinguat, lento igne sublima & Mercurius candidissimo colore instar chrystallorum ascendet, quem serva, Dosis à gr. x. ad xvij. Quod si cum hoc Mercurio calcem appropriati metalli sublimaveris, hoc tum demum præstat ea quæ ipsi alias adscribuntur. Mercurii vcrò hujus vis non diu durat, est enim admodum volatilis, quod observandum; in horum usum magnum latet, quod si non nescias, non solum caducum sed & alios fere despe-ratos morbos facilè curabis. Theophrastus Regi Ferdinando sequens com-municavit secretum R. Calvariam ho-minis cötusam per retortam ter cohando destilla, postea ex radicib. & foliis paeonia aqua destilleatur ex fe-sibus

Not.

Secre-tum,

sibus

46 Prax. Chymiatr. Sect. I.

cibus sal extrahatur propriâ aquâ;

Rx predictæ aquâ 3vj.

Castorei rec.

spec. diamosch. dulc. ana 3j.
mellis 3ij.

anacard. 3ß.

Misce & iterum per balneum de-
stilla, huic destillato adde

margarit. ppt. 3j.

ol. viriol. gr. v.

anisi gt. x.

hujus mixturæ epileptico cochl. j. in-
fundere & ad novem dies continua ma-
ne semper jejuno stomacho & per tres
horas assumpto pharmaco à cibis absti-
nendum. Alibi Paracels. In centro craniⁱ
humani hominis strangulati inventi-
tur os magnitudine cruciferi figura
triangulari (non quidem in omnibus
sed tantum in quibusdam craniis re-
peritur) hoc os pulverisatum & ad-
ministratum in aquâ appropriata (ti-
biae) tollit caducum, & si ager eo mor-
bo laborasset ad viginti annos. Re-
peritur hoc ossiculum ad suturæ co-
ronalis & sagittalis commissuram &
immerito Paracelsus à Thoma Erasto
mendacii arguitur. Hepata ranarum
viri.

Alibi.

Cap. V. de caduco. 47

viridium laudat Hartmannus in Chymiatr. & Sennertus lib. 1. part. 2. cap. 31. p. m. 607. Jubent colligi hepata ranarum *viridium aquat.* No. 40. Supra folia brasicæ capitatae, ad eam partem, quâ terram respiciunt, ponere, postea in olla vitreatâ in cibano exsiccare, exsiccata à foliis cautius separare & in pulverem tenuissimum redacta in quinque partes æquales dividere; cujus pars una exhibeat patienti in aqua convenienti cum luna ingressa sit in cancro, manè, vespere duabus horis à cœna altera & sic consequenter.

Ego inter alia felicissimè usus fui præmissis præmittendis hoc pulvere, quo tum infantes tum adultos, qui etiam per plures annos à medicis derelicti hoc morbo laboraverant, perfectè Deo juvante restitui.

R. Cran. hominis violen-
lentâ morte in ter-
emti, partem illam
inter commissuram
coronalis & sagitta-
lis suturæ, quæ in-
fantibus quando a-
do-

48 Prax. Chymiatr. Sect. I.

dolescunt cranii
spatium patens
claudit, præparat.
no. j. (præstat
cranium id quod
per aliquot annos
cælo fuit exposi-
tum)

sens. lycopod. 3*lb.*

Sal. corall. rubr.

margarit.

smaragd. ppt.

Croc. orient. ana 3*j.*

Cinnabar. Antimonii 3*lb*

Misc. & divid. in 9. pars. aq.

& per novem dies singulis mane jeju-
no stomacho in aq. flor. tiliæ vel hy-
rundinum cum guttis aliquod mixtur.
Simpl. part. j. utere adulto, pueris &
infantibus pro ratione ætatis dosis est
minuenda. Sed adhuc penes me arca-
num arcanaque alia methodus ad ca-
ducum, quibus quantas perfecerim cu-
ras, plures etiam invidi satis norunt,
sed taceo rem non profanaturus, ut vi-
lescat

lescat, exinde quoque parum gratia obtinendum scio, sincero verò animo à me pententibus non detegabo. Distinguuntur etiam remedia caduci respectu elementorum; Caducus igneus tollitur per essentiam antimonii ut & arcanum hyrundinis; Aerius per essentiam camphoræ, Thereniabin i. e. ros majalis per balneum maris essentificat. Aqueus per Chrystallum & visc. queru. denique Terreus per pœn. papav. &c. in convulsionibus membra affecta, præsertim nucha inungi potest, oleo succin. falig. queru. euphorb. castor. rush. Juniperi, latarin. petra. philosophor. bals. Sulphuris, spir. form. phlegm. vitioli.

Hartmannus in Chymiatr. amule^m tum ex frutice sambuci in salice inventi ra commendat. Hunc in modum. i. diligenter observetur, ubinam in salicibus præsertim antiquis subnascaur sambucus, id quod sèpè sit præsertim in salicetis, ubi non procul ab iisdem ad horæ torum sèpè sambucus plantata fuerit. Hic nimirum grana matura ab avibus leguntur, præsertim à pico. Picus nimirum excrementa sua post conjecta grana sambuci deponens super salicem

D

ann.

*Distinctio
Etio re-
medio-
rum*

*Externæ
remediorum
in con-
vulsione.*

50 Prax. Chymiatr. Sect. I.

antiquam (cui interdum innasci solent
alii plantulæ & frutices, nominatim
vero Amara dulcis, urtica, Chelidonia)
exinde quasi primordia figit & ponit
sambuci exinde nascentis. Picus autem,
quia Epilepsia laborat, hoc nobile pe-
riapton ad similem morbum curandum
facit. Colligatur frutex quilibet men-
se, melius tamen Septembri & Octobri,
quando maturuerint grana sambuci, an-
te plenilunium diebus duobus & reser-
vetur usui (servari potest annos 12.) tene-
riores saltē surculi sufficiunt.

Uſus talis eſt: ſeca ſurculum unum
tenuiorem in taleolas tenues, quantum
ſieri potest integras. Earum novem
redigantur in nodulum vel ex lindeo, vel
ex ferico confeſtum, & cum ſimplici filo
lineo, Daz in demſelben Haſe und von
dem Patienten geſponnen, licet parum
referat, amuletuim adpensile collo us-
que ad orificium ventriculi, ut recte
nodulus eō pertingat. Applica verō
hunc nodulum post universalia exhibi-
ta ad mundificandum corpus quolibet
tempore ſeu ante ſeu poſt paroxysmum.
Nodulus relinquatur tamdiu, donec
ſponte ſuā citra omnem vehementiam
trumpatur filum & nodulus videatur ca-
dere,

dere; quem deinceps neq; in se patiens,
neq; ullum animal nudis manibus vel pe-
dibus tangat, sed mediante aliquo instru-
mento vel forcipe, vel alio sepeliatur sub
eius terram, eo in loco ubi neque homi-
nes neque animalia pertransire possint.
Secus si tetigerit morbus Epilepticus de-
nuo invadet eum: vel alios antea mor-
bum non passos corruptit, id quod
studiosè est evitandum. Hoc amuleto
curari possunt & ij, qui longissimo
tempore hoc morbo laborarunt.

A curatione deinceps diligentissi-
mè præservandi sunt ab omnibus cau-
sis alioquin huic morbo infestis. No-
ta: in adultis soleo ex majoribus sur-
calis excavatis facere canas, per quas
tempore gestationis amuleti omnem
suum potum hauriunt. Democrats
Atheniensis, cum adolescens esset &
caduco laboraret morbo, Delphos
profectus est, & oraculum consu-
lit de morbo suo, quod per Pythiam
respondit.

*De græge sume capræ majores ritu
ris alumnae*

*Ex cerebro vermes & ovis datū
tergora circum*

D 2 *Amuleto*

Multiplici vermi pecoris de fronte revulso.

Sensus hic fuit, quod vermes ex cerebro capræ, quibus scateat, per sternutationem excusios, veste substratâ, ne terram attingant, colligere & aliquot eorum in pelliculâ ovis nigra collo alligare jussus sit. Hoc naturaliter morbo adversari dicitur.

Diana.

In diætâ æger maximè sibi caveat à carne caprinâ & mussularum, mussulae sunt sciuti, agnina vero prodest. Paracels. lib. 3. paragraph. cap. 3. Ab his cavendum est, ubi vitiosum sperma, ubi odor vitriolatus, ubi ventorum generatio, ubilibidinis provocatio, ubi acuitas effentificata. Egó inter alia observavi poma in caduco esse nocentissima; Et contrario vero viscus in malis est antidotum. Fugiantur ira, terror, aspectus solis, fluminum, flammæ, rerum in orbe rotarum, fumi ascendentis & rerum abominabilium. Et si quis dicto modo caducum tractabit, spe non falleatur.

AP-

APPENDIX

De.

Vertigine.

Vertigo pertinet ad genus Caduci
eiusque curam; sed quoniam ina-
lum hoc frequentissimum pau-
ca de isto subnectere placuit, & quidem
de subjecto ejusque ratione formalis ex
Willisio de animâ brutor. part. alt: pa-
tholog. cap. vij, de vertigine. Vertigi-
nis, inquit, subjectum immediatum
procul dubio sunt spiritus animales, quos
unus quisque hoc affectu laborans val-
de perturbatos susque deque oberrare
persentit; subjectum verò mediatum
illæ cerebri partes sunt, in quibus ima-
ginatio & sensus communis resident,
& unde in genus nervosum proxima
via dicit. Hæ autem sunt corpora cal-
losa & striata.

Enimverò spiritus animales, intra
hæc loca inedullosa quasi in campum
amplissimum, aut viridarium amœnum
quaqua versus expandi & expatiati a-

D 3 mant;

Vertigo.

*Subje-
ctum
etiam
eius.*

§4. Prax. Chymiatr. Sect. I.

mant; quare sicut lucis radij, medullarum poros omnes & meatus densissimos, jubare pleno & irretorto trasciunt: hinc dum unâ serie, è corporis medullosi oris extimis (nempe è corporibus striatis & cerebri gyris) versus meditullium ejus blandè scaturiunt, imaginationes & phantasias, jucundas repræsentant; dumque aliâ serie, & forsan per alios meatus illi è corporis callosi meditullio in cerebri gyros emanant notionum testeras pro memoria illuc transferunt, atque dum exinde in corpora striata, & nervorum origines tendunt, partes omnes motrices actuant & iis, quoties occasio fuerit, motuum in eundorum instinctus deseruant.

Ratio formalis:

In vertigine autem æquabiles istæ spirituum, velut radiorum lucis, emanationes, variis locis intercipi & diversi modè perverti videntur; quippe spirituum manipuli quidam obscurantur, alii alio inflectuntur, hue, illuc in gyros, & vortices aguntur & non raro in transversum rapiuntur. Quapropter in cerebro ob spiritus ita perturbatos, phantasmata confusa sensibilium

Cap. V. de Caduco. 58

bilium species vagæ & inconstan-
tes aut circumactiones repræsentantur;
dein quatenus irradatio in nervo-
sum genus minuitur, aut inhibetur,
scotomizæ & functionis motivæ deli-
quia, ac vacillationes sequuntur. Hæc
ille.

Causa est, quæ caduc generalis *intrinseca*. *Causa*
seca. Externa varia possunt esse cau-
sa non naturales & fiendi modi vertigio-
nis, à quibus vertigo, ut ut ex tempora-
ranea effici queat, quæ tamen fixa &
stabilis non est, sed causâ remotâ, ex-
hibitaque & aliquantes iterata leni ca-
tharsi, administratâque venæ sectione,
paùlo post cessare solet. Sunt ista,
Diuturna corporis circumgyratio,
despectus ab alto, pontium transitus,
navigatio, ebrietas &c. de quibus pro-
lixam ætiologiam vid. apud eundem
loeo citato.

Curatio. Insigniter juvant vomito-
ria, quoniam iis maxima à cerebro fit
revulsio & spiritus in eo tumultuantes
coercentur. Insignis est pulvis adver-
tiginem sequens specificus de die bis
sumendus in decocto salvia vel visci poe-
mor.

Curatio

D 4

Ré.

Bz. Rad. pavon. sole in libram
in grediente collect. Dij.
Stereor. Pavon. albif. 3B.
Cinnabar. Dij. 3B.
M. F. pulv.

Cæterum ea, quæ modò de caduco di-
cta sunt, quia vertigo ejus species est,
in hac conducent.

CAP. VI.

De

Gutta.

Gutta
quid?
Synovia
quid.

Gutta est ablato Synovia à sua
parte, ita cum Synovia (quæ est
radix & ipsa effentia vitæ par-
tis suæ nutrimentum & conservatio re-
tentivæ & motivæ virtutis ex virtibus
virtutis digestivæ) à parte aliquâ sepa-
ratur, statim insensibilitas & privatio
motus sequitur, in synovia enim est viro-
tus sensitiva non in parte. Separatur
Synovia à sua parte per fulmen micro-
cosmi, persulphur stupefactivum, quod
accenditur per Martem, Mars vero est
spiritus sulphuris, unde sibi non con-

Cap. VI. de Gutta. 57

trariantur causæ à Paracelso positæ, dum dicit de pestilitate tract. 3. cap. unic. p. m. 312. Guttam oriri ex veneno Martialis, & alibi; Guttam generari ex coniunctione astrorum, ex coniunctione venenum, venenum autem accendi ab igne Microcosmi, Causa enim modo proxima modo remota ponitur. Nec est quod objicies Paracels. lib 1. paramit. cap. 6. apoplexiæ appellare Mercurium Cachymislem sublimatum, cum dicat es-
se speciem guttæ, Guttæ vero causam fulmen, fulminis sal & sulphur. Ad hoc respondent alii favore & patroci-
nio unitatis in naturæ academia o-
mnes has locutiones admitti, multa enim hic
unita esse quæ sensus non possit discer-
nere, verum quidem est præstare no-
mina rebus, quam res nominibus ac-
commode, sed adversario pertinaci,
non sufficiet hæc responsio, mea est
quando Apoplexia appellari debet
Mercurius Cachymialis sublimatus
intelligitur apoplexiæ ex caduco,
quæ non est species guttæ. Et pos-
to quod intelligat apoplexiæ ex Guttâ,
quid verat, Mercurium sublimatum co-
agulatum ponere causam proximam,
salem & Sulphur antecedentem; ex sale

Objectio.

Resp. 1.

*Non pla-
cet.*

Resp. 2.

D 4

enim

etiam & sulphure microcosmico fulmen
microcosmi, quod ibi suo coagulat
Mercurium. Dico coagulatum ad dif-
ferentiam sublimationis Mercurii reso-
luti in eaduco.

Dicit Paracelsus *Guttam esse ab-
lationem synoviae à parte*, cui defini-
**Favet sent. Glis-
sonii.** tione à causa desumte patrocinatur *Glis-
sonii de succo nutritio per nervos sen-
tentia; de quâ vid. ejus anatom.* *Heo-
patis.* Mediantibus spiritibus animali-
**Causa
motus na-
turalis.** bus velocissimo impulsu per nervos in
musculos influentibus nos moveri &
per impressum nervorum extremitati-
bus ab objecto motum per eos ad prin-
cipium eorum & cognitionis sedem
continuantum nos sentire scimus: Pro-
hibito verò influxu spirituum cessat mo-
rus voluntarius, cuius sunt causa: &
nervis interceptis cessat motus ab ob-
jecto impressus ad cognitionis sedem
transferendus & per consequens sen-
satio: E. gr. tractâ aliâ extremitate
funis in alterâ campana cohærens lo-
num edit, intercepto verò fune, ut tra-
ctus ad alteram usque partem continu-
ari non possit tum nec campana mo-
vebitur nec sonabit. *Spiritus vero a-*
nima-

animales, qui nihil aliud quam ignis, ea-
lidam innatum, puros nunquam repe-
ties & sine subiectâ materiâ existentes,
quam ut domicilium inhabitant, quin
& vehiculo & alimento indigent, quod
est humidum radicale, illud quod nos
& ignem nostrum nutrit, & Glissonus

Causa
destruēta.

per nervos distribui vult; Hoc verò co-
agulato & separato à materiâ coagula-
ta, quæ racta ante & subtilis ad
infusum idonea requirebatur, inter-
cipiuntur nervi & illi nempè spiritus
animales & vehiculo & alimento desti-
tuuntur, inde torpidi sunt & extingue-
untur. Hippocrates lib. 1. de diæta,

Tὸ πῦρ, inquit, δύναται πάντα δια-
πεπλός καίνοται, τὸ ἡ υδωρ πάντα δια-
πεπλός θεέται. ταῦτα ἐγγυαὶ Φόρμαι
αὐτοκρέα εἰσὶ, τοῖσι τοῖς αἴθοις παν, καὶ
ἀλλήλοισι, ἐκάπερ ἢ χωρὶς οὐδὲ αὐ-
τῷ εαυτῷ οὐτε ἀλλωδεῖς &c. Hoc est:
Ignis omnia universum mouere po-
test, aqua omnia per tota nutritive.
Hec verò duo sufficientia sunt tum
aliis omnibus tum sibi ipsis: seorsim
verò utrumque neque sibi ipsinec a-
liis &c. Quid aliud his significare vo-
luit, naturam manifeste declarans,

quam

60 Prax. Chymiatr. Sect. I.

quam per ignem calidum innatum, & ve spiritus voces, quo & nos moveamur, quid per aquam ac humidum radicale, quo & nos nutritiamur; Hoc vero expresse addit, illa conjuncta non separata esse debere, scorsim enim utrumque nec sibi nec aliis sufficere i.e. nec ignem (calidum) sine aquâ (humido) nec aquam sine igne existere posse.

Obj. 1.

Dices. Si humidum radicale cedit in nutrimentum igni, quomodo corpus eo nutriti poterit. Respondeo ex citato dicto Hippocratis, Hæc sibi ipsis sufficientia esse & aliis omnibus; Quo ad partem purissimam & subtilissimam esse vehiculum & nutrimentum calidi innati, minus verò purum & subtile corpori cedere in nutrimentum.

Obj. 2.

Resp.

I.

Dices 2. si nervi sunt canales spirituum animalium, quomodo possunt esse succi nutritiij vasa deferentia. Hic responderi poterit ex sententiâ Cartesii 1. ignem non esse substantiam distinctam à subjectâ materiâ, sed intensissimum motum particularum, que

nunc

hunc duplicis generis in Balsamo hoc
vitali continentur magis vel minus mo-
biles; 2. præsupponendo duplices in
nervis meatus, fibrarum nervorum ca-
vitates & interstitia earum. Intenti-
ori motu agitatae particulae ideoque &
calidiores & subtiliores, quæ spiritus
animales vocantur cavitates fibrarum
nervorum, quæ licet manifestæ non ap-
pareant, à posteriori tamen satis pro-
bari possunt, minus mobiles & subti-
les interstitia earum ingrediuntur, quia
pro dispositione suâ transitum offen-
dunt & sic per nervos ad debita loca,
illæ pro movendo, hæ pro nutriendo
transmittuntur.

Respo.

2.

Et certè ex hoc loco Glissonius ce-
leberimus, non invalidum petiit ar-
gumentum, quo probat nutritionem
hieri per nervos: *In paralyse, inquit,*
partes resolutæ ob fibrarum laxita-
tem facilemque sanguinis affluxum,
initio subturnidae apparent. Constat
tamen id a genuino partium nutri-
tarum incremento minimè fieri:
Quippe eadem postea, & si sanguis
usque copiose allabatur, paula-
tine

Glissonii
Argum.

62 Prax. Chymiatr. Se^t. I.

tim marcesunt; ut jam prater ossa
& pellem vix quicquam superstet,
Argumento haud obscuro vasa, per
quae nutriantur, obstruta esse; ner-
vos scilicet: quippe vena & arteria
morbi hujus immunes sunt, nervi-
que soli officio suo male funguntur.

Collatio
sent.

Quis vetet nunc, cum dicitur 1. Gut-
tam esse ablationem Synovia a sua par-
te, per synoviam succum illum nutriti-
um intelligere, qui quando coagulatur
per nervos influere nequit & sic à par-
te separatur. Paracelsus synoviam eti-
am vocat das gliedrvasser. Et Gliso-
nius, dum pro stabiliendā hāc senten-
tiā inquit in anatomiā Hepatis pag. m.
498. E nervosarum partium vul-
neribus sepē humor roscidus albumi-
ni ovorum non absmilis extillat:
qui certè ab arteriis, & venis mi-
nimè profluxerit; ideoque verisimi-
le est eundem à nervis proficiens
&c.

Dicitur 2. Synoviam esse radicem
& ipsam essentiam vita; vita nostra
consistit in spiritibus & quidem pri-
mariis

mariò in eorum motu & radiatione;
Quamdiu enim moventur & lumina radiant,
vivit animal, quam primum cessat radiatio, cessat vita. Vita autem &
radiatio illa statim incipit cum motu.
Spirituum verò horum substantia &
essentia est humidum radicale sive
synovia illaque ingenitusmotus, quo
sublato & ipla virtù esentia tollitur.

Dicitur 3. Quod sit partis sua nutritum & conservatio retentiva & motiva virtutis. Quod si partis sua nutritum ante diximus & clare patet ex citato dicto Hippocratis, quod aqua omnia nutriat & quod hæc duo sibi ipsiis & aliis sufficientia sint. Et conservatio est retentiva & motiva virtutis. Humidum n. radicale est indissolubilis & subjecta materia calidi innati, sine qua hoc sustineri non potest & quamdiu illud adest conservatur. Quid aliud retentiva & motiva virtus quam ignis sive calidum innatum hominis? Ex viribus virtutis digestiva i. e. mediante depuratione & subtilisatione. Non moretur lectorem denevolum, spiritus animales variis nominibus modò ignis, modò calidi innati: Sic & Synoviam sive succum nutritum modò aquæ, modo humidi radicalis appellati.

64 Prax. Chymiatr. Sezt. I.

ri, sunt enim cædem planè res. Dicuntur calidum innatum & humidum radicale, non quod sint eadem numero, quæ nobis à primo generationis termino insunt, sed eadem specie, quotidie enim & invicem consumuntur & propagantur, seque mutuo succedunt, non aliter ac de lāpadis flammâ innumerabiles alia accendi possunt.

Paracelsus in scholiis in lib. 1. de gradibus & compositionibus, cui titulus Theſſalus secundus pag. m. 989. ait *Paralyſin, apoplexiā, consumptiōnem, esse materiam de resolutio ficio aut de resoluto coagulato*: ubi Dices: Quomodo resolutum esse & coagulatum esse ut contraria possint simul stare. Respondeo 1. Resolutum sumitur duplice vel pro attenuato vel pro eo, quod vim Balsameam amisit, quo posteriori modo intelligit Paracelsus, quod videre est, cum in schol. in tract. 2. lib. 2. de Tartaro Guttam ex resolute Balsami oriri, afferit, tuncque sibi non contrariatur. Respondeo 2. & si resolutum sumatur pro attenuato, ita tamen non erit accipendum, cum dicatur de resoluto coagulato, ac sit secundum

Obj.

Resp.

1.

eundum idem & eodem tempore &
resolutum & coagulatum: sed quando
illud quod in statu naturali resolutum
esse debebat, intellige spiritus anima-
les ut debite in organa sensus & mo-
tus influere possint, coagulatur & ad
motum fit ineptum.

His præmissis ad causas anteceden-
tes internas. *Synoviam separari* ait
Paracelsus per fulmen microcosmi tra-
dictu de Guttâ pag. m. 126. & seq.
*Gutta ex conjunctione astrorum ori-
tur, ex conjunctione venenum: vene-
num autem accenditur ab igne microco-
smi. Item Gutta in microcosmo est ful-
men macrocosmi i. e. Est in homine
guttae eadem generatio, ut fulminis ac
fulgoris in majori mundo, quemad-
modum autem fulmen macrocosmi pe-
ntrantissimâ suâ vi & spirituali pla-
neque admirabili impressione calceo-
os illæsis pedibus adurit, ligna & ar-
bores accedit non stramen. Dolia
in quibus vinum continebatur adussit
vino ita compacto ne diffluere potue-
rit & aliâ stupenda patrat. Sic & Gut-
ta liquefacit & in unam quasi massam
compingit synoviam cerebri, cordis,
Pulmonum, instar cerae ab igne lique-*

*Causæ
antece-
dentes
internæ.*

E fæcix,

factæ, partibus illis salvis manentibus.
A cerebri arce vel vertice capitis ferit
 membra exteriora, manus, pedes, vim
 comburit & virtutem sensitivam & mo-
 tivam illius membra consumit. Si fe-
 rit linguam sequitur privatio loquelæ
 salvâ mamente substantiâ sed non cien-
 tiâ. Quod manifestè demonstrat spi-
 ritualem & astralem morbi essentiam,
 dum spiritus soli in spiritus agunt.
Cum pulmones tanguntur, sequitur
 suffocatio à fumo & vapore, pro ut à
 fulmine externo homines sàpè suffo-
 cantur. Sicut verò partes sulphureæ
 & salinæ fulminis macrocosmi ab igne
 firmamenti tanquam tertio, ita & mi-
 crocosmi ab igne microcosmico seu
 celo medio accenduntur, cœlum e-
 nim hominis spirituale est, & impres-
 siones habet spirituales ideoque ali-
 jctum non audiunt, sed ille qui pati-
 tur, quo non secus ac de cœlo tactus
 concidit. Hæc ille loco modò citato.

Causa.

Galen.

Galenici cum nobis consentiunt
 in causâ immediatâ hörum morborum,
 quæ est prohibitus influxus spirituum
 animalium in organa sensus & motus,
 sed in hoc maximè discrepant, dum
 dicunt influxum spirituum animalium

pro;

prohiberi j. à phlegmate circa principiū spinalis medullæ collecto idque obstruente, quod etiam probari videatur quorundam observationibus anatomicis in cadaveribus apoplexiā de mortuorum, quibus serosum humor copiosum ibidem collectum terperisse dicunt, sed ad hoc favore tentiæ Glissonii & Paracelsi responderi potest, Humorem ibidem collectum non fuisse phlegma excrementium, sed Paracelsi synoviam, sive succum nutritium per nervos distribuendum ibidem coagulatum, qui cum in statu naturali spiritualis & rarefactus nunc coagulatione condensatus angustissimos nervorum meatus, ingredi nequit. Et sic per consequens spiritibus quaque meatus præcluditur. Paracell. tract. de Guttâ. pag. m. 529. Phlegma est tantum excrementum cerebri, apoplexia non est excrementum, sed res subtilissima ex astris arcantis firmamenti. 2. à sanguine, bile & melancholiâ obstruendo vasa cerebri & sic principium nervorum comprimendo spirituum quoque animalium influxum impediri ajunt; dissentit Ferne-

ti
Phlegma
Probatur.

Resp. ad
prob.

rejicitur
a Paracel.
cello.

Sanguis
O&G

E 2 lius

68 Prax. Chymiatr. Sect. I.

Non
placeat
Fernelio.

Nec pa-
racelso.

Ius inter Galenicos doctissimum lib.
v. de partium morbis & sympt. cap.
3. pag. m. 273. Neque enim ait, à san-
guine neque à Melancholia hanc gig-
ni verisimile est, etiam si toto cor-
pore exuperent. Et Paracelus. lo-
co modo supra citato. Dicunt san-
guinem esse causam gutta sed male,
sanguis enim istis non est sufficiens
& nimis crassus (grob) ut exinde ta-
lis generatio esse queat. Et sic om-
nes humores. Ad obstruktionem e-
tiam requiritur coagulatum tenax, san-
guis vero cum sit temperatus proprie-
ta dictus morbum hunc inferre non
potest. Bilis flava subtilis est & fluxi-
lis juxta Galen. lib. 2. de natur. fa-
cult. ita ut coagulationem vix sustineat.
Melancholia secundum eorum hypo-
thesin siccata quidem est & frigida, con-
sistentia tamen minimè tenax: siccita-
tis autem ratione nervos potius con-
traheret, quam relaxaret, relaxari au-
tem eos in hoc morbo probatione non
indiget. In externis, quod cause in-
ternæ ab externis, à cibo, potu, re-
pletione, somno &c. promoveantur,
consentit Parac. in comm. in aphor.
z. Hipp. Sect. 2. pag. m. 707. & 708.

Spe.

Cap. VI. de Gutta. 69

Gutta Species su. t. Apoplexia, Paralysis,
Letargus & Tortura oris. Paracels. de
vitâ longâ lib. 2. cap. 2. pag. m. 844 item
de Guttâ pag. m. 526. unde dividitur Gut-
ta commodè in universalem & Particu-
larem.

Universalis est Apoplexa. Cum Ho-
mo veluti de celo tactus concidit,
sensu & motu omnino privatur, re-
stante sola licet afflictâ respiratione, ex
quâ quatuor cognoscuntur gradus. 1.
Quando respiratio ad sensum plane
aboleatur morsque in propinquuo est,
nec ad spumam stertoremque produ-
cendum sufficit, Patiens cadaveri simi-
lis jacet, in quo vita cognoscatur vel
lanâ carptâ vel plumâ, aut speculo
terso naribus orique admotis: Et hæc
est fortissima. 2. Quando quidem re-
spirat sed violenter, stertor auditur &
spuma apparet. 3. Quando respiratio
nec violenta nec intenta inæqualis ta-
men ac intermittens est. 4. Quando
respiratio quidem parva, aliquem ta-
men servat ordinem & hæc duæ poste-
riores species sunt debiliores, quæ ple-
rumque, si curantur, in paralyſi inter-
minantur. Quod sit, cum principium
nervorum se è compedibus materiæ co-
agulatæ, hæc in nervos excussa, expedit.

E 3 Pars

Divisio

Gutta

que

Univers-
salis.

70 Prax. Chymiatr. Sect. I.

Particu-
laris.
Paraly-
sis.
Lethar-
gus.
Eiusque
species.
Tortura
gris.

qua du-
plex.

I.

II.

III.

Particularis est Paralysis, Lethargus & Tortura oris. Paralysis est, cum motus voluntarius in partibus sine laesione tamen rationis periret, dicitur & Hemiplegia. Lethargus est Torpor sensum cum inexpugnabili in somnum propensione, cuius species sunt Cataphora, Coma & Carus. Tortura oris est eiusdem involuntaria distentio, & quando æger expiare jubetur, altera tantum parte id facit, oculumque alterum exactè claudere non potest; Est verò duplex: vel ex resolutione, quæ est hujus loci & cognoscitur ex eo, quod pars affecta sit laxa, mollis ad sanam trahatur, sensus in parte obtusus, facies sine rugis extendatur, palpebra oculi ex parte decidunt; morbus in parte eâ non est, quæ laesa videtur & contracta, sed in eâ, quæ laxa & illæsa apparet. Vel ex convulsione, quæ pertinet ad caducum ejusque curam; cognoscitur verò ex eo, quod pars affecta sit dura & plerumque in eadem parte dolor, sana ad tensam trahatur, Cutis in unâ parte rugosâ in alterâ non, ubi morbus est in parte laesa & quæ contracta apparet. Causa est eadem in his, nisi quod in illâ Apoplexia fortior & major, in Paralysi &

Le-

Cap. VI. de Gntta. 71

Lethargo &c. debilior & minus for-
tis.

Curatio Apoplexiæ, præsertim for-
tis, difficilis est: Hippocrates aphor. 42.
lect. 2. *Apoplexiæ fortis nunquam*
debilem agre curaveris: item Paracels.
de Guttæ pag. m. 520. *Quia cœlum*
hominius est destructum: Sed medicum ni-
hil magis dèdecet, quam animo cadere,
frustrà enim quicquam præsidii spera-
mus ab eo, quem despertatio sua à li-
mine ægroti abegit; Deserendus in an-
cipiti statu nequaquam æger quindum
spei artisque solamen superfuerit, ten-
tandum potius, quod bonitas divina
ad remedium indulxit. Quamprimum
igitur Clyster, qui potest esse talis

Bl. Rad sigill. Salomonis
poeon.
bryon. ana 3*lb.*

Herb. rustæ

roris marin.

beton.

melliss.

origan. an. ana Mj
flor. lavand.

E 4

fl. 106.

72 Prax. Chymiatr. Sect. I.

stoechead. citr.

anthos.

prim. ver.

lilior convall. ana mß.

sem. cartham.

anis.

carvi

sesel.

dauci ana ȝj.

Croc. metallor. in petia ligat.

ȝj.

Ceq. in. q.s. aq. simpl. Rx. Colatur. ȝb.

in qua dissolve

fellis tauri ȝb.

mellis anthosat. ȝj.

ol. ruthac. ȝb.

Misc. F. l. a. Chlyster.

Vena se-
dio.

Nota.

applicetur & si ægrotus Plethoraicus
viresque ferant, vena sive sit noctu-
se interdiu secetur; Duobus vero mo-
dis vires dicuntur imbecilles, aut à re-
solutione, & sic abstinendum à venæ-
secione, vel à suppressione ubi nul-
lum præsentius eo remedium. In Ca-
checticis corporibus periculosa venæ-
secio est, efficax alias remedium, sed
non

non absque periculo. Celsus lib. 3.
cap. 28. Si membra omnia vehementer
resoluta sunt, sanguinis detraetio aut oe-
cidit aut liberat. Hippocrates. 4. de
rat. victus in acutis t. 24. in obtume-
scientiis venarum απολύψει obortis ve-
nam brachii secare oportet. Sed quares; *Objec^{tio}*
cur venæsectionem suadeamus, cum
sanguinem causam esse negemus? *Re- Resp.*
spondeo. Licet sanguis per se non sit
causa hujus morbi, ob plenitudinem
& copiam verò exactè moveri non pos-
se, per venæsectionem verò ad corre-
versum motum intentiorem acquirere,
quo ad cerebrum continuato coagula-
rum illud dissipare & ad discussionem
facilem disponere posse.

Ad excitandos apoplecticos & pri-
mas corporis regiones evacuandas tum-
que naturam pressam ad se libera-
dum irritandam valde conducunt 1. *Vom-
itoria* eaque validiora ut *Mercurius Vomita-*
vite legitimè præparatus & justâ do- *ria*.
si exhibitus, *Tartarus Emeticus Mys.*
Aurum vita &c. 2. *Sternutatoria*, quo- *Sternu-*
rum potest esse tale. *tatoria*.

R. Pulu.

74. Prax. Chymiatr. Sect. I.

Bz. Pulv. fol. Nicotian. 3j.
majoran.

flor. lilio convall. ana 3j.

rad. Helleb. nigr.

sem. nigell. ana 3j.

Moschi ope. 3f.

M. F. Pulvis.

de quo magnitudine pisi ægro in nos-
tres calamo fortiter insuffletur.

Confor-
mantia.

Essentia
perlar.

His peractis confortantia dentur :
Aurum potabile, *Luna potabilis*, quæ
vide cap. præced. *Essentia perlarum*,
quarum virtus auro propinqua. Para-
cell. de vitâ longâ lib. 3. cap. 4. pag.
m. 849 & 860. Suntque restaurati-
væ naturæ & tincturam in sanitatem
habent. De transmutatione rerum na-
turalium lib. vii. pag. m. 901. De
essentiâ perlarum præparatione lib. 3.
de vitâ longâ c. 4. pag. m. 849. & in
fragmentis ejusdem pag. m. 860. Por-
rò si perlas juxta præscriptum in
Quintam Essentiâ transmutare ve-
lis pro ratione quinta Essentia age,
neque quicquam immuta præter prin-
cipium, in quo ultimam materiam,
qua

qua in conscientia quintae essentiae Solis prima materia existit adjungi necesse est. Ea ex ejusmodi Recepto elicetur. Principio redige Limonem in liquorem, denud reelevatum, in quo perla calcinationem accipiunt, exsiccatæ resolvuntur, quæ resolutio in Elementum, cui prorsus nulla complexio inest, erumpit. Est enim vis hujus universa similis quinta Essentia. Hartmannus in Chymiatr. pag. m. 38. Essentiae perlarum præparationis hos ostendat modos. R. Salis perlarum per acetum facti q. v. affunde sp. V. rectificatissimum ad eminentiam 3. digit. Et vase Hermeticè clauso illud ad digerendum in cineres calidos loca ad 8 vel 10 dies. Perla eo tempore essentiam suam ad instar olei spissi ad superficiem ipsius sp. V. remittunt. Hoc oleum per inclinationem separa cum sp. v. à sub-sidentia, inque vase bene clauso serva. Remanentia olei sp. v. recentem affunde & ut prius digere, ac toties essentiam collige, cum priori con-junge,

76 Prax. Chymiatr. Sect. I.

junze, quoties visum fuerit. Essetiam omnem collectam in cucurbitam
 inde, & lentissimo igne Sp. v. evo-
 ca, donec in fundo instar olei essentia
 remaneat. Datur à gutt. vi. in ve-
 hiculo conveniente. Item. Quod si
 cui dicta operatio nimis laboriosa vi-
 deatur, is è Citri malis abjectis corti-
 cibus succum exprimat, eumque in
 MB. ut depuretur, per aliquot dies de-
 tineat. Tunc R. perlitas contusas vi-
 no albo lotas, in matracio affunde succi-
 dicti ad eminent. 4. dig. in cineres
 calidos loca per 8. horas, videbis per-
 las solvi & quasi in liquorem buty-
 raceum converti. Huic affunde ro-
 rem majalem destill. vel aq. metiff.
 ut solvatur in ea solutio perlarum,
 aq. effunde iterumque affunde succi-
 dicti q.s. digere, affusaque aqua quod
 solutum affer. Hunc laborem roties
 repete, donec pene tota soluta sint,
 relictis exiguis fructibus. Hinc li-
 quores omnes conjunge & in cineri-
 bus igne lento aq. & succum exha-
 lare permitte. Invenies pulverem

379-

impalpabilem in quovis liquore resoluibilem. Cujus usus à gr. vi. ad 98. ex aq. roris majalis cum manna destillata vel ex aq. Cinnamomi cum aq. rosar, destillata aut Buglossa. Sed hoc potius magisterium. vid. Paracels. Archidox. lib. viij. de Magisteriis pag. m. 810. Proposito modo, inquit, processus harum et si simplices, tamen, crede experto, mirifica operatio ipsarum (perlarum) est. Non tamen sit per artem haec virtutum actio, sed in natura ipsarum est, quæ in grossa substantia occultatur, & non potest operari, sicut mortuum corpus, sed resolutione facta vivificatur corpus ejus. Felicius operaberis, si ad priorem operationem Essentiaz perlarum sumas spir. vini non communem sed Philosophicum, quem Paracelsus vocat spiritum vini circulatum.

Nota.

Essentia Corallorum. Paracels. lib. 4. de quinta Essentiâ pag. m. 797. devita longâ lib. 3. cap. xij. pag. m. 852. De variis parandi modis vide Johannem Ernestum de oleis variis

riis Chymice destillatis. Quercetano
Pharmacop. restit. cap. 24. Hart-
mannum in Crollium. Schröderum
in Pharmacop. lib. 3. cap. v. Le
Febure en Traictè de la Chymie part.
2. à pag. m. 755. ad 763. Optima
fit & genuina, si cum proprio men-
struo, quod Corallia in se habent, ut
nihil heterogenei accedit, fiat; nenii-
pè in secundâ operatione, in primâ e-
nim solutio necessaria est, quæ fit per he-
terogeneum.

Nota.

*Effentia
Antimo-
nii.*

*Proces-
sus.*

Essentia Cheiri seu Antimonii,
quâ solâ se laborante in Paralyse in in-
tegrum restituisse scribit Paracelsus in
curationibus. Preparationem obscu-
rè tangit tract. 2. de membris contra-
Etis. pag. m. 512. Johannes Ernestus
de oleis variis chymicè destillatis se-
quentem communicat processum R. Sal.
Tartari part. i. Antimonii part. ij
subtilissime terantur. (Si vero regne-
lum antimonij acceperis eris melius)
hac diligenter mixta fluant, donec
non amplius effument, hoc facto effun-
de & videbis saltem Tartarianimo-
nio vel ejus regnlo rubedinem ex-
tra

traxisse in quâ verum Sulphur antimonijs latet, hoc tenuissimè pulveri-
sa, & sequenti modo procede. Pre-
dicto antimonio in vitrum injecto
spiritum vini rectificatum & tarta-
risatum vel acetum destillatum tar-
tarisatum affunde, vitrum optimè
obturatum, ut rubedo extrahatur,
digestioni committe: Et cum spiri-
tus vini vel acetum rubicundum fa-
ctum fuerit, illud effunde, aliudque
affunde & id tamdiu repete, donec
non amplius tingatur. Hanc rube-
dinem pellicano infusam, ad dige-
rendum per octo septimanas simo e-
quino vel cineribus calidis commit-
te, & cum jam sufficienter putrue-
rit, in cineribus per retortam vel a-
lembicum destilla, habebis oleum an-
timonii dulce pulcherrimum perfecta
rubedinis, hoc in balneo tamdiu se-
para, donec fuerit purum & nulli
rei aliena permixtum. Quod si ve-
rò vim corrodentem non omnino
depositum, per spiritum vini opt. effu-
sum

Sulphur
Antimo-
nijs.

Oleum
Antimo-
niij.

sum iterum usque ad oleositatem
abstrahere: Ita enim verum habebis
Antimonii oleum, quod erit dulce &
omnis corrosionis expers: hoc lente
admodum in lapide coagula, cui la-
pidi rubedinem suam per spiritum
vini extrahe & spiritum rursus ab-
strahere, videbis ejus essentiam in fun-
do residere, quam aqua dulci ablue
& iterum exsiccata, ita evam Essen-
tia quinta Antimonii perfectissime
erit parata, qua utere ut didicisti.
Verum processus hic non addit facilis
et appareat, si obiter saltum inspe-
xeris, sed operosus & pyrotech-
nici non leviter peritum requirit, Sub-
stitui potest talis Re. Antimonii lbj.
Tartari lb. iß. calcina in crucibulo,
per horas sex vel octo, post exime
materiam, tere, & cum lixivio ru-
bedinem extrahe, quam filtra, aceto
inverso præcipita & saltem tartari
affusa aqua calida ablue, post affun-
de spiritum vini & essentiam Ex-
trahere, qua usque ad oleositatem evapo-
retur.

Oleum

Essentia
Antimo-
niis.

Oleum, Tinctura, Magisterium Succel.
Succin. vid. Paracels. in Archidoxis lib. vj. de Magisteriis pag. m. 8 11. Schröder. in Pharmacop. lib. 3. cap. 30. Rec. Carabe benè triti, affunde circulatum i.e. spiritum vini, digere in cineribus per dies & noctes sex: Hinc abstrahē & toties cohoba donec in fundo oleum appareat. Paracelso loco citato.

Oleum Sulphuris, quod est tale: Oleum
Bz. Sulphuris, ceteris comm. affun- Sulphuris
de in cucurbitā aq. fort. ope. ad e- rīo
minentiam quatuor digitorum, sur-
fusque ter vel quater cohobando ab-
strahē. Sulphur, quod in fundo re-
manet fuscum super marmore velta-
bulā visreā solvē in cellā, quod statim
fiet. Paracels. de conservatione rerum
naturalium lib. iv. pag. m. 888. vel quod
est S. Clossij Bz. Sulphur. zusi 3ij. resol-
ve in spir. Therelinth. clav. id quod
fiet intra diem super cineribus, solu-
tionem rubentem decantā, aliūm af-
fundē, digere, separa per inclinass-
onem, facies, quaerunt perpanca, abjic-
tō

ce. Tincturas destilla igne arenae
lenissimo ex magnâ retortâ, donec
ferè omnem spiritum therebinthinae
recuperaveris. Guitulis autem ru-
bris apparentibus muretur recipiens
& ignis Paulatim augeatur, egredi-
etur oleum coccineum cum foetore
intolerabili, qualis est latinarum,
ultimo retortâ ferè incandescens,
spissum & obscurè nigricans. Hoe
rectifica & separa à spiritu There-
binthina superstite. Oleum autem
vase clauso digere per mensum in bâl-
neo Mariae, ubi foetorem deponet.
Plures modos vide apud Schröd. in Phar-
macop. lib. 3. cap. 38. Beguin. in Ty-
rocin. chymico cum notis Chrystoph.
Glückradts cap. vj. Le Febure en Trai-
tē de la Chymie part. 2. sect. 6. sub
titulo : Comment il faut distiller la
vraye huille du soufre pag. m. 1180. &
seq.

Spir. vii.
trioli vo-
lazilis.

Spiritus vitrioli volatilis & oleum eâ-
jus. In volatilitate enim virtus ejus
summa & arcanum corroborans cere-
brum & spiritum vite. Rx. vitriolum

67H-

crudum sed probè depuratum ac digestum, destilla per retortam, igne nudo, ita ut simul post phlegma subsequatur spiritus, quantum ejus fieri potest omnes. Quibus in excipulo subsidentibus, dum instrumenta adhuc calent, aufer excipulum, statimque in MB. aqua ferventes adaptato alembico sed probè affixo & recipiente parvo & aptè & cautè colloca, videbis statim volatilem spiritum per alembicum in excipulum transire, quem seorsim collectum diligenter serva. Ex vj. vel viij. lb vitrioli vix 3iij. ad summum 3b. haberí potest. Vel Sole vitriolum Vngaricum verum non corruptum in rore majali destillato, abjectis facibus & ablato ad satietatem menstruo, idem denuo lapidescere sine in frigido, postea vel calore solis vel hypocausi istius vitrioli exsecrati tb v. vel vj. destilla per retortam igne nudo, tam phlegma quam spiritus omnes. Caput mortuum exemptum tere & super idem cohobiis octo hanc distillationem si-

F 2 cuta

84 Prax. Chymiatr. Sect. I.

ut prius repeate, idque non nisi per nonum alembicum absolve. Habebis vitrioli spiritum penetrantissimum, Dosis 3*fl.* ad 3*ij.* in aq. convenienti. Hartmannus in Crollum pag. m. 225. & 226. Hos binos processus selegi, quoniam ex ipso Paracelso De rebus naturalibus cap. 8. de vitriolo pag. m. 1052. sunt desunti, plures vid. apud Schröder lib. 3. cap. 26. Glau-ber. part. 2. turnor. Helmontium Sub titulo ignis veneris. Olei vitrioli præparations varias vid. apud authores citatos. Et ut sulphuris ac vitrioli ma-jorem fidem habeas, exemplo tibi sit aurum fulminans, quod sulphure ac vi-triolo ita figi potest, ut vitruam ful-minantem penitus amittat. Et certe in fulmine microcosmi, quod ex iis-dem constat principiis ac aurum fulmi-nans, idem tibi præstabant officium & à novo paroxysmo feliciter præserva-bunt.

Nec minimam meretur laudem Ef-fentia cæstori. Quam Ego cum spi-ritu salis Armoniaci volatili parare so-leo, & efficacissimam operatione, non solum in hoc, sed & alijs morbis, de-prehendi.

Mixtu-

Ol. vii
trioli.

Fætentia
Cæstori.

Mixtura simplex sive de tribus de
quâ Paracelsus. de rebus naturalibus
cap. I. de vitriolo pag. m. 1052. Et
si hoc (spiritus vitrioli) factum, ad-
ditionem hanc magnarum virium
comperior, si spiritus Tartari correcti
addantur partes tres in respectu ad
vitriolum: & spiritus aqua Theri-
acalis camphoratae partes quinque in
respectu ad spiritum vitrioli.

Mixtura
rade tribus.

Et hæc in variis aquis apoplecticis *Externis*,
& cephalicis Aq. vitez &c. quæ vide
in dispensatoriis, propinari queunt.
Exteria ad membra laxa confortandava-
lent oleum petra, ol. succini, Balsa-
minus sulphuris simplex & compositus,
liquor lumbricorum, oleum & spiri-
tus fuliginis &c. Sic & liquor ex
limacibus terrestrib. per digestionem
radiis solaribus in vitro expositis col-
lectus. Paracelsus in consil. med. pag.
m. 691. Rec. Oleum pinguedinis *Taxi*
eo modo quo vulpinum preparatur
q. v. cui addatur vinum ardens q.
s. calefactum & tum inungantur
membra contracta. Oleum *Taxi*

F 3 com-

86 Prax. Chymiatr. Seet. I.

compositum vid. apud Schröder, lib. 2.
cap. 41. sub titulo Balsam. antiparaly-
tici S. Closij.

Paraly-
seos Cr-
ratio.

Essentia
Tabaci.

Balneum
Laconi-
cum.

Differen-
tia à cau-
sis Exter-
nis.

In paralysi eadem, quæ modò de apo-
plexiâ dictâ sunt, convenient remedia,
inter externa laudat Hartmannus Es-
sentiam foliorum Tabaci viridium cum
Malvatico sine destillatione solâ infu-
sione factam, si præfertim à sudoribus
membra paralytica hâc essentiâ diuti-
us fricentur; optimum erit si æger in
in Balneo Laconico sèpius sudet & ad
hâc membra his modò & supra dictis
externis remediosis inungantur.

Sunt & alia cause externæ unde pa-
ralysis fieri potest. 1. Contusio, casus
vel ictus, tumque protinus vena secan-
da 2. Dissectio nervorum ubi nullum re-
medium 3. Luxatio vertebrarum dorso
subito facta, quæ in quantum possunt
restituendæ & remedios externis supra
enumeratis inungendæ. De Paralysi
& Lethargo ex vulnera capitis vide Pa-
racels. tom. 2. lib. 3. chirurgie magna
Bertheonea dicto. cap. 14. & 15. pag. m.
351 & 352.

Ab Ar. A rebus narcoticis. ubi ratio causæ
gentio us. habenda, in specie ab Argento vivo,
vo. que

quæ metallariis frequens, vid. Paracels. von BergKranckheiten. lib. 3. pag. m. 666. & sequentibus. Curam vid. *Curatio*. pag. m. 668 ibid. quæ est talis. Insidet æger balneo, quod sit ex herbis mucilaginosis, sic & ex agrimoniam, co-nis abietis, juniperi, rad. hirundinaria, lil. convall. &c. & exhibitā Theriaca vel Mithridatio benè sudet; post inungantur membra affecta sequenti unguento,

q. Rec. Pingued. Taxe
vulpin. ana ℥. 5.

Therebinthnia cum piper. cantha-
rid. & bacc. laur. destillat. ʒ vii.
Castorei destill. ʒ v.

M. F. unguentum

Hæc ingredientia, quia in nimiâ quan-
titate ad proportionem minorem redi-
gi possunt.

Est & Paralysis alia à Colicâ, de quâ à Colicâ
vid. Paracels. de membris contra-
ctis tr. 1. cap. 3. pag. m. 508. In
Theoricis figuris universalium mor-
bi tabula IV. De generatione con-

F 4 era-

88 Prax. Chymiatr. Sect. I.

tractorum pag. m. 673. & 674. Tractatu de Colica pag. m. 523. & sequentibus. Helmontis jus Duumviratus pag. m. 243. No. 20. In curâ vehementiora purgantia viteatur. Profundit Clysteres frequentes ex emollientibus & carminativis, quibus alvus semper aperta teneatur. Ad intra dentur Spir. Tartari à gt. xx ad xxx. Spir. Nitri, qui misceatur cum ana spir. vini ut fiat mixtura 3ij ad 3j, detur in aqua fontanæ haustu, Spir. acidus salis ammoniaci, Essentia castorei cum eodem facta, Olenus sulphuris, Balsamus sulphuris compositus, qui est talis.

Bals.
Sulphuris
compositus.

Rec. Flor. sulphuris 10j.
Galban.
Myrrha
Aloës succotrin ana 3iij.
Croc. 3ij.

Pulverisa & affunde ol. baccar. Juniper. 3iij. Spir. Therebinthina ad eminentiam 3 digitorum. Digere & destilla ut scis.

Externè supra enumerata conducunt. vid. Paracels. in consiliis med. pag. m

692

691. & insuper quæ in hoc tractatu infra de Colicâ dicemus.

Alia à Scorbuto, quem vide suo loco. Alia Hysterica, quæ est morbus ex Caduco & ad curam caduci pertinent. Helmontius in ignotâ actione regiminis pag. m. 271. No. 46. Futor uterinus nervos & musculos con- trahit, artus claudos efficit, tendines dislocat, musculos relolvit & membra- nas crispat corrugatque sola regiminis actione. Et paulò post. Tum de- dum Paralyses, spasmos, palpitationes, tremores & syncopes profert, nervos con- trahit. Quæ per Corallii tinctu- ram volatilem, oleum suceini, Salem chalybis & his similia indies sano. Mi- tiora eadem Narcoticis obediunt. A- trociora quoque majora Chymix ar- cana requirunt.

à Scorb-
to.
ab utero.

Curatio.

In Lethargo eadem locum tenene, quæ in apoplexiâ, nisi quod purgantia initiori dosi exhibeantur.

*Lethargi
curatio.*

CAP.

CAP. VII.

De

Catharris.

Cathar-
rus quo-
nusplex.

Hactenus tota ferè medicorum schola, præsertim ij, qui salivam Galeni avidius lambunt, Catharros crepant, ut si conqueraris, de humoris modò tenuis, modò crassissimi per narēs effluxu, Catharrum quem *Coryza* vocant, dicent. Si de gravativo faucium dolore, raucedine & deglutitionis impedimento Catharrus, qui ad fauces dilabatur & *Bronchios* dicitur, in causā erit. Si præter hoc de spirandi difficultate & libera aëris ad pulmones transitu denegato, Catharrum nimis crassum notabilique copiâ ad pectus dilabentem idque ita impletē, ut aëri via intercludatur, accusabunt, quem *suffocativum* vocant, juxta illud magis tritum.

Si fluit ad pectus dicatur Rheuma
Catharrus,

Cap. VII. de Catharris. 91

Si ad fances Branchos, si ad na-
res esto Coryza.

In dentium dolore, tussi, febre he-
ticâ, lœsa ventriculi coctione &c:
Catharris accusabirur. Quem in ge-
nere sic definiunt, quod sit humoris pi-
tuitosi & excrementitij è capite in sub-
jectas partes prolapsio. Humorem istum Quid sit Vnde
in cerebro generari ajunt, ex frigide
stomachi & caliditate hepatis ipsi in-
cumbentis vapores inter coquendum
copiosè elevari ad caput, quos cerebrum
frigiditate suâ in guttas cogat, largam
catharrorum materiam, non aliter ac & que-
vapores ex herba in alembicum ascen- modo
dant ibique condensentur, aut superi- fiat
us ad operculum ollæ ferventis colli-
gantur.

Inter Galenicos sanius quidem lo. Fernelie
quitur Fernelius de vaporum ascensi est vel
ex stomacho ad caput de part. morb. &
lympt. cap. IV. pag. m. 276. & cathar-
rum distinguit in internum & exter-
num. loe. curat. pag. m. 275. internum internus
excrementum cerebri statuit; Hujus e-
nim amplam copiosamque medullam
multo egere alimento, è quo necesse
fit

sit multum exrementi gigni. Maxime verò si impensisè frigidum humidumque aut alià id ratione imbecillum sit, illique copiosius vel non satis congruum alimentum suppeditetur. His à causis ubique magnum fieri exrementorum proventum. Quumque moderatum exrementum sit, id omne in priores cerebri sinus recondi, qui in id quodammodo destinati sint: Quum verò immoderatus exuperet, extrinseCUS etiam circum cerebrum circumque meninges dispergi & fluctuari, quo per interiora ora venarum effusum sit. Cerebri sinus seu ventriculos facile per palatum expurgari, reliquam verò capacitem cum pernates, tam per aures & oculos. Quod si verò non expurgentur per loca consueta, destillationem ad partes interiores ruere, inque his varios morbos excitare: In nervorum origines apoplexiā, paralysin stuporem & tremorem: in sensuum organa cœcitatē, surditatē, tinnitus aurium, odoratus privationē: in naribus gravedinem: in fauces & asperam arteriam raucitatem: In intestina alvi profluvium: hincque si in Jecoris venas se insinuet, crassificentem tuim eas tum.

Cap. VII. de Catharris. 93

tum viscera infercire obstruktionem-
que parere.

Externum catharrum esse excremen-
tum, quod in externis capitibus partibus
colligatur, maximeque sub cute ver-
ticis quo venarum per faciem & tem-
pora in caput irrepentium extrema
desinat. Quoties enim haec vel sero
vel humore multo turgeant, alimen-
ti reliquias & supervacua sub cutem
effundere, quae praecutis crassitie ac
densitate vaporare vix queant. Hinc in
externas corporis partes ferri destilla-
tionem in oculos, in maxillas, in den-
tes, in cervicem, in scapulas, in brachia,
in latera, in dorsum, in lumbos, in
coxendicem, in crura, in omnes deni-
que articulos: eamque tum omnis aro-
thritidis tum omnis feret doloris exter-
ni causam esse se deprehendisse.

Ast nulla sunt qua dicta; Has som-
niiorum umbras, qua luce veritatis ac-
cedente facile dissipabuntur, intuea-
tur penitus; Dicunt catharrum gene-
vari a vaporibus estomacho ad caput
ejectis ibique frigiditate cerebri in
guttas quasi coattis. Si vias quara-
mus per quas vapores hi ascendant,
esophagum dicent; Sed, i. ventricu-
lum

vel
Exter-
nus.

veraque
rejicitur,
fene.

13

94. Prax. Chymiatr. Sect. I.

lus naturali instinctu fibris suis circu-
lariibus ab assumto alimento clauditur.
Bartholin. in anatom. reform. lib. 1.
cap. 9. 2. Si gula pateret secundum lon-
gitudinem, quia non datur vacuum,
aërem in se contineret & sic unoquo-
que bolo deglutito ructus sequeretur,
suavis sâne harmonia tunc, si decas ru-
sticorum mensæ assidentes cibum ca-
piant. 3. Ast illa obliquitus statim con-
cudit, quæ si violenter à vaporibus di-
stenderetur continuus esset ructus. 4.
Nec per poros ventriculi ascendere pos-
sunt, illi enim inordinatè patent ad ex-
ternas partes, quo igitur duce ad cere-
brum manuducentur. 5. Et si ascenderent
prius per aërem exspiratum diffarentur,
quam cerebrum obscuro tramite pete-
rent. 6. Omnis anhelitus foeteret & ci-
bos oleret, cui experientia obloquitur.

Et posito quod vapores ascendere
possint, quod nam in cerebro reperi-
ent planum aut concavum, & quidem
instar ollæ opereuli aut alembici, super
quo in guttas cogantur. Nec cere-
brum frigidum est in se & absolute,
sed in respectu ad cor, quod est calidissi-
mum, dicitur frigidum.

Sa

Cap. VII. de Catharris. 95

Sanius & verisimilius eo, uti dixi,
sed neutiquam verius loquitur Fernelius,
dum catharrum *internum excrementum cerebri* vocat, quod per na-
sum, aures, per palatum, per oculos
expurgari debebat. Ita omnium fer-
mè Medicorum consensu. Verum per-
spicaci anatomiae innotuit sordium col-
luiem à reliquà massâ separari & ex-
cerni naturaliter per glandulas nasi,
aurium, faucium aliasque extra cere-
brum existentes.

2.

Prob.
Contrar.

Miror denique, cur in capite loco
alias exquisitè sensibili adeo indolens
sit hoc excrementum, & in destillatio-
ne talem concipiatur furem.

Nec viæ patent, per quæ dilabi pos-
set; Dices per basis craniiforamina ad
oculos, dentes, fauces & pectus, in
specie per os cribrosum ad nares: Hoc
pervium esse plures negant, periculum
fac & comperies, nihil per id liquo-
ris cogi posse, foraminosum quidem non
nego, sed fibrillis nervorum olfactori-
orum adeo obsitum, ut nullus penitus
dabitur transitus. Sic & illa basis
cranii foramina à nervis, arteriis, ve-
nis,

nis, ad cerebrum intrantibus tam exacte & adaequatè implentur, ut justam adeò thecam faciant & tam æquam, quod locus decursuri excrementi non sit. Et licet mucus labatur in fauces, hasque diversimodè & male affectet, juxta diversas muci indispositiones; veruntamen nec iste mucus, nec ejus stillatio, rationem catharri habere possunt. Non magis, quam lotium è tene in vesicam labens, catharrus est dicendus. Quapropter si mucus insipidus, salbus, acer vel acidus, fluidus, aut crassus, labens ad partes, quibus naturaliter purgandus depuratur, tanquam emunctorio, non est dicendus catharrus, ut etiam malè afficiat partes, prout ut urina vesicam si afflixerit. Helmont. in deliramentis catharri pag. m. 350. no. 16.

Ad Externum excrementum sub cuncte cranii, quod attinet, de hoc uenovo invento triumphat Fernelius loco citat. *Hic cere fons, hic fomes omnis externa distillationis, quem miror neminem veterum animadvertisse.* Sed iam illud detur, credas quod velis, vasa separatoria ibidem non novi. Et si daretur, illud per sudorem aut diaphæram facilius exterminaretur.

Ita.

Cap.VII.de Catharris. 97

Catharrus, ajunt, frigidus est ac
humidus; Hinc calefacentia & exsic-
cantia largiter propinantur, fontanel-
lae uruntur, cantharides applicantur ut
avidis luis labris aquam ad nauseam us-
quebiant. Et licet theoretice aliquan-
do de catharro ab humore calido di-
cunt, hunc tamen praxis eorum non
novit; Quod si pharmacopolium in
traveris recepta non nisi calefacenti-
bus & exsiccantibus referta videbis,
ut sui axiomatis contraria conrratiis
curati oblitos esse jures. Hæc est ca-
thari curatio, innocentis corporis car-
nificina potius. *Eshilft nichts dar-
vor, der fluss muß ausgetrocknet
sein, und wvird manchem darüber
so eingehetzt daß ihm die seele aus
der flüben entlaufft.* Vid. Ferrio-
lam de morboi ventriculi infelici ha-
denus tentatā curā.

Curatio

Etud:ur

Itaque cum non datur materia nec
locus cathari in cerebro, destillatio-
nem probare nequeo.

Et sic concluso nec dentes, nec *Concl.*
raucas ægreque deglutientes fauces, nec
pulmones tussientes difficulterque re-
spirantes, nec ventriculum imbecilem

G

do

Nat.

dolere ex destillante catharro; Sed ex indigestâ ultimi alimenti sui ina-
teriâ, Quam Paracelsus vocat TAR-
TARUM. Hunc vide, in libr. de
morbis Tartareis à pag. m. 283. us-
que ad pag. 316. Item. libr. de Tar-
taro & morbis ex eo ortis cum anno-
tationibus à pag. m. 392. ad pag.
443. Morbos, quos ex catharro alias
origi volunt Galenici singulos vide
suis locis.

Interim cum aliis vanitates & cathar-
ri deliramenta salubri penitentiâ rideo,
hominumque ægrotorum sortem de-
sco & pergo ad

Cap:

CAP. IIX.

De

Oculorum Morbis.

Oculorum morbi sunt vel parti-
um eos ambientium vel consti-
tuentium. Partes ambientes
sunt palpebræ, cilia & caro angularis,
igitur

I. De Palpebrarum viciis Morbis
Palpe-
brarum.
Quæ sunt

INTUMESCENTIA Palpe- Internæ
scensia.
brarum, Græcis Εμφύμα, Est cu-
mor palpebrarum laxus, mollis, cedema-
ti similis, sine coloris mutatione.

Causa est vel *internæ*, nempè mucilago superflua residua sive indigesta ali-
zimi alimenti materia; Liquor ante-
quam per salem in Tartatum perfectum
coagulatur, mucilago dicitur & nisi sal
accedat Tartarus generari non potest;
Generatio enim tartari est in sale &

Causa
Internæ
mucilago

mucilagine. Paracels. cap. 3. demor-
bis Tartareis pag. m. 287. & 288.

Curatio

Curatio est facilis, quia Tartarus nondum est generatus. Paracels. loco citato. Adhac, generationem Tartari esse in sale & mucilagine. Archæus quoque adsit, quia morbi faber est, horum enim trium uno deficien-
te generatio Tartarei morbi non fieri. Et hoc ratione morbi melius est. Ad hibitis calentibus linteis dissipatur, sa-
pè sponte evanescit, & si perseveret,
sat fokus cum spongia ex decocto emol-
liente & dissipante, & inungatur oleum
philosophorum &c. Imponi etiam potest
Empl. de vigo sive Mercurio, quod vi-
de apud Paræum in Thesauro Chyrurg.
lib. xxv. de medicament. facultat. &
composit. pag. m. 613.

*Causa
externa.*

Curatio.

Vel Externa, ab iœu 1. Apis aut ve-
spa, tum aculeus eximendus, animalcu-
la contrita imponenda, vel spiritus mel-
lis aut mel ipsum inungendum. 2. A-
vanea, tumque Theriaca inungenda aug-
pulvis bufonis combusti in duplicato
linteo imponendus, 3. urtica, ubi locus
vino tepido abluitur, & ol. olivarum
aut

Cap. IIX de Ocul. Morbis. 101

rosar. Philosophorum, vel succus plastraginis illiniatur.

ΤΡΑΧΩΜΑ est internæ palpebra
rum superficie asperitas cum rubidine *Τραχωμα*
& pruritu; nonnunquam & cum pustu-
lis seu tuberculis semina fucus vel milii
referentibus. Vnde tres ejus gradus. *eius gradus*
1. Cum palpebra, si invertantur, inæ-
quales ac asperæ apparent, cum tube-
dine & pruritu. 2. cum præter modo di-
cta adhuc ad sunt manifesta jam asperitas
ac rubor, adeo ut emineant quasi granu-
la fucus, Græcis dicitur *ονωρης*. 3. Quan-
do inveteravit malum & pars interior
palpebra exulcerata est ac scissuram &
callositatem contraxit, dicitur & pal-
pebra callositas, Græcis *τόλωσις*, Huc
pertinet & scabies sive *ψωροφθαλμία*.

Horum causa est mucilago *Tartarea-*
Salina secundum propositos gradus co-
agulata.

Curatio premissis universalibus, nem-
pè Tartarum solventibus & purganti-
bus, apponatur cum petitis lineis ungu-
entum rosinum additâ tuisâ, vel mixtus

102 Prax. Chymatr. Sect. I.
ta palpebris inungatur. Præstantior se-
quens

Aqua Ophtalmica Cæru- lea

Rec. Calcis viva benè usitata & in
frustis integris, quæ aeris vel aquæ
injuriam non passa sit lib. IV. pone in
vase ample stanno & superfunde aq.
pluviale aut fluviale usque ad e-
minentiam dimidii pedis, sine lente
resolvi & agita subinde spatulâ lig-
næ usque dum aqua benè impragna-
ta sit sale calcis, quam filtra & ser-
va usui. Hoc tercia vice repece cum
aqua recenti & singulas filtrationes
seorsim serva. Nunc Recipe aq. pri-
ma part. i. secunda part. ii. tertia
part. iii. misce invicem & in lib. i. his-
jus aqua dissolve drachmam unam
saliis armontiaci, infunde dissolua-
menti hanc vase capreō aut areo, &
retine in eo duodecim aut quindecim
horas vel usque dum instar Sapphi-
ri orientalis vingatur; Post filtracōe.

et cetera

Cap. I X. de Ocul. Morbis. 103

Ete & usui serva in ampullâ utræa.

Cujus gutta una vel altera loco affecto instillari possunt, vel solæ, vel si nimio sale imprægnata sit, ut teneriores personæ vel loci molis tics ferre nequeant cum aquâ fœniculi, rosar. plantag. &c. permulceri poterit.

Hæc aqua tibi erit instar omnium, quæ alias ex Tutia, vitriolo albo, &c. cum aquis de stillatis sunt collyria. Magnarum quoque virium est *Spiritus Tabaci* guttae aliquot aut grana quædam *Salis ejusdem* in aq. *Euphrasia*, *florum Cyan.* fœniculi, rosarum, &c. dilutæ; aut illa non sunt in promptu parata Rec. *Cinerum Tabaci*, infunde cum modò dictis ex herbis ophthalmicis destillatis aquis calidis, post filtra & adhibe præ arbitrio. Nota, quod medici sit Collyria probare, et si nimis acrida & inodora cum aquis prædictis demulcere in quantum sufficit. Extemporaneum est medicamentum palpebris inversis *salivam Tabaci* fumum tubulo jejunæ haurientis plumâ leviter illinire. Post adhibita hæc topica statim oculus cum

104 Prax. Chymiatr. Sect. I.

lacte tepido vel decocto emollienti fo-
mentari potest.

Inversio
qua
Excep-
tio.

vel
λαγό-
φθαλμό-
μο.
Causa.
Et

Chratie

Paraly-
sis
Oculi.

INVERSO quæ est vel ἐπερό-
πτον, cum interna palpebræ inferioris
pars invertitur & deorsum trahitur, ut
cum deformitate videatur & instar ru-
bræ carnis appareat, neque cum supe-
riore committatur, sed pendet atque
hiat. Vel λαγόφθαλμος cum su-
perior sursum trahitur, ut oculum
totum tegere non possit, sed per som-
num etiam aliquando apertus manet o-
cules. Oriuntur vel à convulsione &
paralysi, quæ curantur ut convulsio &
paralysis communis, vel à vulnera vel
ulcere oculi male curato, quæ incisi-
onem requirunt, de quâ vide Chyrus-
gos.

LAGOPHTHALMUS infantium
consuetudine malâ inductus contra-
riâ consuetudine corrigendus, pannis
scilicet nigris cunas circa caput obvol-
vendo & ad pedes luculam aliquam
statuendo, quam continenter infantes
spiciant.

Paralysis Oculi, cum palpebræ spon-
te attolli non possunt, raro accidit sine
alja

Cap. IX. de Ocul. Morbis. 105

2 liarni partium resolutione & diffi-
culty curatur.

II. De ciliorum vitiis.

Et sunt HORDEOLUM quod
est tuberculum in summâ palpebrâ sue-
cre tens è palpebrâ margine & è cilio,
oblongiusculum & in abscessum ferè
desinens, grano hordei simile. GRAN-
DO est tuberculum rotundum, trans-
lucidum huic atque illud mobile. LI-
THIASIS similis ferè affectus; vide-
licet in palpebrâ generantur nodi & ex-
crescentiae & aspera quædam corpora la-
pidis instar dura & oculos prementia.

Hordeolum.

Grando.

Lithiasis.

Causa.

Causa est Tartarus coagulatus, à quo
sal coagulans discessit, quod constat ex
eo, | quod nullus adsit dolor ab intra.
Paracels. lib. de morbis Tartareis cap.
3. pag. m. 287. sub lit. c. Sal discedit,
mucilago est corpus, Sal coagulans, &
post factam coagulationem abit in ex-
crementum.

Curatio. Hartmannus jubet horde-
um Iejuno ventriculo sèpius masticatum *Curatio.*
applicare. Alij. corpore musea capi-
te abjecto locum triccare; Ego horde-
olum manibus aperire soleo gypseam-
que

que materiam eximere, post bals. sulphur. Therbinthino leviter tangere & parvum emplastrum de galbano aut ammoniaco imponere. Potest quoque si suppurrari non vult secari.

μαδα-

ποτισ.

Causa.

Curatio

ΜΑΔΑΡΩΣΙΣ est pilorum defluvium in ciliis, aliquando rubedine turbulentibus & lucentibus. Causa est vel materia defectus vel humor radices eorum erodens. P.P. Laudatur sequens,

Rz. Nuc. avellan. ust.

stercoris murium torr. ana 3j.

pingued. Vrsi 3j.

M.F. linimentum.

ερυχί-

ωνις.

Causa.

Curatio.

ΤΡΙΧΙΑΣΙΣ est, cum pili intro vergentes sub cæteris nascuntur, qui tunicas oculorum pungunt. Causa est apertio inconfuctorum pororum, ad interna respicientium, ex quibus pili pro dispositione erumpunt. Curantur evulsione, de quâ vid. chyrurg. quam iunctio latissanis & sanguinis ranarum viridum excipiat.

ΦΕΙΡΙΑΣΙΣ est pediculorum proventus ex excrementi fermento & semi;

Cap. IIX. de Ocul. Morbis. 107

femine; adlunt & per contagium. Præ- (Curatio)
stantissimum est sequens.

Rp. Vng. rosat. ʒ. 8.

Sulphur. viv.

Staphis agrie ana ʒ. 8.

Mercurij alb. præcipitat
& benè edulcorati ʒ. 8.

M. F. unguentum.

Vel tantum locus fricitur, pannicu-
lo isto quo aurifabri in deauratione u-
si sunt (den lappen, uuelchen die gold
schmied beim vergilden gebraucht) Mer-
curio enim imprægnatus est, qui pedi-
culturum infusissimus hostis.

*III. De carnis angularis
vitiis.*

ENCANTIS est caruncula Enca-
nguli majoris præter naturam ex- this.
crescentia & Eminentia.

Causa est nimis laxa & mollis glan- *Causa.*
dulatum intra tunicam dispositio, que
cum idèò officium separationis ritè
peragere non possit, à copiose realimen-
to affluente porisque se insinuante ob-
ruitur

108 Prax. Chymiatr. Sect. I.

ruitur & magis distenditur, ideoque &
majori solitâ mole excrescit. Mala
pterygiorum curatio aliquando causa
antecedens esse potest.

Cura^{tio}. Curatio fit vel per medicamenta super-
fluam carnem absumentia ut sunt Flo-
res æris, vitriolum calcinatum, alumen
ustum, Aq. fort. ung. Ægyptiacum, A-
postolorum &c. vel sectione aut cau-
terio de quibus vid. chyrurgos. Cau-
tē agendum est, ne dum studemus super-
fluam carnem afferre ulcus immedica-
bile inducatur, nec tota caruncula ab-
fumenda, ne affectus contrarius Rhyas
sequatur.

Rhyas. RHYAS est caruncula anguli
majoris imminutio vel absymio cum
in voluntario lachrymarum effluxu.

Causa & Cura^{tio}. Oritur vel ab incisione, quæ incu-
rabilis: Vel à medicamentis vimis cor-
rosivis adhibitis, ubi Sarcotica, si non pla-
ne exesa fuerit, præstant, ut sunt ol. Phi-
sophorum, item Aloës, crocus Mattis,
vitrum antimonii in pulverem impalpa-
bilem redactum &c. Vel ab Epiphora
de quâ jam.

EPI.

Cap. IIX. de Ocul. Morbis. 109

EPIPHORA est copiosa se-
nus acris & salis humoris sub specie
lachrymarum in oculos prater natu-
ram facta fluxio.

Galenic is Ephiphora sfooles est Ca-
eharri à cerebro ad oculos ruentis, de
quo vid. cap. præced. Quod si verò
veram causam ex anatomia corporum
naturalium spectemus, erit siccum reso-
lutum, non humidum propriè dictum,
sive Sal Tartari resolutus in ipsis glandu-
lis, non ex cerebro eò defluens; In glan-
dulis enim sit separatio alimenti ab ex-
cremento è quo Tartarus concurrente
spiritu Salis generatur. Sal coagulatio-
nis causa est, vid. Paracels. libro de mor-
bis Tariareis cap. 9. pag. m. 297. item
cap. 3. pag. m. 287. Item cap. 5. pag. m.
290. Item cap. 12. pag. m. 302. Item
Paramirilibr. 3. de origine morborum ex
Tartaro tract. 2. pag. m. 54. & seq. Et
levi occasione resolvitur, cum proprium
falis astrum sit resolutio; Tartarus gene-
ratur ex elemento aquæ propterea coa-
gulationi & resolutioni obnoxius. Exé-
plo sit Sal Tartari, quod facillimè in loco
humido in liquorē abit, qui vocatur ole-
um Tartari per deliquium, vid. Paracels.
lib.

110 Prax. Chymiatr. Sect. I.

lib. i. paramiri de origine morbo-
rum ex tribus primis substantiis
cap. V. pag. m. 45. & 46. Est & epiph-
ra sine dolore, calore & rubore, que
provenit ex sero è glandulis profluente,
non accidente sale corrosivo aut co-
gulante.

*Epiph-
ra alia.*
Curatio. In curatione praestat Sal Vois ve-
rum, unicornis minerale in subtilissi-
mum pollinem redactum, sic & sequens
Collyrium

*Collyri-
um An-
timonia-
le.*

Res. Vitri Antimonii in impal-
pabilem Pulverem
coneriti 3j.

Lap. Hematit.

Sang. dracon. ana 3fl.

Camphora

Aloës

Ireos florent. ana 3j.

Aq. flor. Cyan.
rosar.

fanic. ana 3x.

Succi ruthae
chelidon. ana 3fl.

110

Cap. IIX. de Ocu! Morbis. III

*Infunde & digere per viginti dies
in B. V. vel radius solaribus
sapientius vas commovendo &
agitando.*

Quod satis laudare nequeo & in su-
fusionibus oculorum carnisque angu-
laris & palpebrarum exsiccandis & de-
purandis ulceribus, cuius generis et-
iam est

ÆGILOPS seu **FISTULA LA.** *Aegilops.*
CHRYMALIS quæ est *Tuberculum*
inter majorem oculi angulum & nares
plerumque cum inflammatione, quod a-
liquibus priusquam in ulcus erumpat
Anchilos, post eruptionem si in fistu-
lam dehiscat Aegilops dicitur; aliis an-
te & post eruptionem Aegilops nuncu-
patur.

Causa est *sal reverberatus aluminosus*,
quod pulchrè deducit *Paracelsus* in lib.
I. *Paramiri de origine morborum ex tri-*
bus primis substantiis pag. m. 46. Das
aber reverberire wurd das ist ein an-
der Sal, und ist liquidum humi-
dum: dasselbig distillirt sich uff und
ab

112 Prax. Chymiatr. Sect. I.

ab in seiner anatomie: und heift reverberatio. Dann arsach kein hitz noch frembde geyse mag ihm in seine substanz geben, sondern zugleicher uveis, vvie vvasser und oēl nicht gemischt vverden mögen: also mögen andere dinge in das nicht gehen. Also gehen die spiritus ob diesem Saltz h. w und v wieder hin; auff und ab, so lang biß es vvirdt eine Mucilago, oder Viscositas, alsdann so hat es seine schärffe mehr dann es sie haben soll, also geht es durchaus, das ist die invwendige hitz treibt sein uvesen für de leib heraus, alsdann so fängt es an auch zu löchern und dergleichen eusserlichen schaden zu machen. Also vvisset von dem Saltz, Dass es sich neiget in sein arth, nachdem und es ist ander natur: Daraus dann viel kranckheiten entspringen, die ich in Chyrurgia heisse vulnera æruginafa. Dann ein jeglicher rost, vvirde von ihnen heraus getrieben durch seine poros, und am lufft hat es seine operation &c: vide cundem in Chyrur-

giæ

Cap.IIX. de Ocul. Morbis. 113

già magnâ lib. viij. von offnen Schäden
in Specie von fistulen pag. m. 399. item
lib. 2. Bertheonea cap. v. pag. m. 361.
& 362. Tractatu von offnen Schäden
undi geschwüren cap. VI. de fistula pag.
m. 575. sinus fit, quando Ægilops non
sat citò aperiatur, aut quod pus post aper-
tionem non liberè effluat, sed diutius co-
hibeat, quo fit ut in subiectas partes
semper agens easdem excedat excaetque.

Curatio. Tuberculi nondum in
pti superficies secari potest, ut follicu-
lus materiam continens adimatur. Si
apertum est, rec tamen satis patet, pe-
nicillis ulcus amplificandum est. Post
ad mundificandum ulcus & restinguendu-
m salem corrosivum optimè valet,
Collyrium modò dictum *Antimoniale*.
Item *Aqua ophthalmica Cerulea*, quam
vide supra, de hac le Febure in Tracta-
tu de Ghymia. Hac aqua non habet
sibi aquale, ad omnes affectus oculorum,
absque respectu à quā causā oriuntur.
Nam sal calcis viva cum sale volatili
urina, quod virtutem salis armoniaci
constituit, permixtus, vitriolum sub-
zile ex cupro & are extrahit, quod
inseparabiliter reperitur in aquā &

Curatio.

H

com-

communicat virtutem refrigerantem,
mundificativam & desiccativam;
Dicam insuper, quod haec tria salia i-
ta invicem conjuncta extingue &
depellere possunt omnem malignita-
tem salium acrum corrosivorum, &
mordicantium, que sanguinis serosi-
tati permixta sunt & que sunt vera
causa efficiens non solum doloris, in-
flammationis & ulcerum oculorum:
sed etiam plurim, omnis pruritus,
omnis eruptionis & ulcerum, qua ori-
untur & in externis humani corpo-
ris partibus formantur. Ideoque hac
aqua utilis non solum contra affectus
oculorum, sed quoque contra prurigi-
nem, scabiem & ulcera.

Commodè quoque adhiberi poterit
unguentum tale Hartmanni

Ez. Sulphur. viv.

Aceti fortiss.

Aluminis,

Salis ana 3*ij*

Rad. lapath. acut. rec. 3*ii*.

E. Vnguentum.

AE

Cap. IIX. de Ocul. Morbis 115

Agilops herba quibusdam specifi-
cum est, cuius farina cum plantagine aut
parietaria aut portulaca in modum cara-
plasmatis apponatur.

Paracelsus in Chyrarg. magn. lib. VII.
von offenen schäden in specie von fistu-
len, p. g. m. 401.

R. *sl. de ferro,*

de saturno ana 3i.

Mercurialis ana Diß.

Misce.

Quo margo fistula externa manet &
vesperi ad dies novem ungatur. Tom.
1. lib. Paramiti IV. de origine morbo-
rum matricis, pag. m. 78. Ein loch
das aus dem menschen frist in den leib
durch die haut, was ist es anders
dann ein Mineral: wie ein salz,
und neben dem Sal ein grad, ein
Genus. Darauff nun folget der Col-
cothar heilet das loch, varumb?
Darumb daß der Colcothar das Salz
ist, daß das loch macht. Also heilet
Mercurius seine löcher auch, und
andere mehr Arsenicalia, und der-
gleichene Kanstu das auswendig se-

H 2 hen,

116 Prax. Chymiatr. Scet. I.

hen, das vvar ist, und sein unterscheid, so dir die erfahrenheit gibt, daß dis Genus talis das heile, und daß ein ander Genus und arth Salis: Vndt siehest darbey, daß die dinge keine vvunden heilen, sondern die Consolida, Mumia, Balsama heilen die vvunden die nicht salia sindt. Dann vvarumb? die vvunden kommen nicht aus dem saltz, darumb helfen die Salia, vitriola, Mercurij, Arsenica nicht. Darumb daß die löcher vom Saltz kommen und die Balsama, Mumia consolidaniche Saltz feirade, Darumb helfen sie nicht in den löchern.

Curationem Chyrurgicam per cauterium actuale vide apud Paræum lib. xvij. de multis aliis, quæ Chyrurgiâ curantur, affectibus. pag. m. 354. & alios.

Partes oculum constituentes sunt Tunicæ, humores & Nervus. Unde

I. De

Cap. IIX. de Ocul. Morbis. i. 7

I. De Tunicarum morbis
quæ sunt.

*Morbi
tunica-
rum.*

OPHTALMIA est adnata tunica inflamatio. Ejus species sunt TARSUS seu PERTURBATIO, cum oculi leviter tantum inflammati, cum exiguo dolore & rubore. XEROPHTALMIA, quæ est, sine lachrymis aut materiâ effatu digna effluente, sicca inflammatio. CERUMOSIS, quæ est magna inflammatio non ad natam solum tunicam sed & cornream ac palpebras ita obsidens, ut hæ quasi invertantur nec claudè possint, illaque supra pupillam intumescat.

Causa est quæ inflammationum, quam Galenici sanguinem biliosum statuunt, qui cum copiâ fluat, primò arterias majores occupet, deinde minores & minimis, tandemque non omnis in venas assument ad inania spatia perveniat, exire aliquam solutionem continui & dolorem, cum rubore vasorum turgentium, & lachrymarum affluxum, si multo sero supermixtus. Ast cerum est in sanguine veras inflammations non gigni, nisi in eo prius semina in-

H 3 flammæ

I. 8 Prax. Chymiatr. Sect. I.

flammationum delituisserent, quæ occasio-
nem opportunam ad ebullitiones &
paroxysmos intempestive excitandas
præbeant. vide Severinum in idea me-
dicina philosophica cap. XII. de Genera-
tione & transplantatione morborum. Se-
mina verò illa sunt mucilagines tarta-
reæ, quæ beneficio supervenientis tin-
eturæ alterius cujusdam impuritatis,
Sulphureæ videlicet, facile expelluntur;
Vbi enim impuritates Salino tartareæ &
Sulphureæ commiscentur, hæ illas ex-
pellere nituntur; illæ verò renituntur
& sic lucta intestina oritur, quæ effer-
vescentiam patit, unde vasorum expan-
sio & inflammatio,

Curatio.

In Ophthalmiâ prodest venæ lectio
& exhibitis deoppositivis Spir. vari-
ol. Sulphur. ol. luna, purgatio valida
per inferiora, vitanda verò vomitio;
Hippocrates Sect. IV. de locis in ho-
mīne; Quod si oculi subito inflamma-
tionem concipient, nihilominus illi-
nito; sed fortissimè per inferiora pur-
gato, vitando ne vomitum facias &
aphor. 17. sect. vij. Ophthalmiâ laboran-
tem alvi profusivo corripi bonum. Quæ
fund me tum habent in re & ex prin-
cipiis

Cap. IIX. de Ocul. Morbis. 119.

cipiis Medicinæ fluant, quæ vide in 1-
dæ medicina philosophica Severini loc.
modo cœato. Post topica & discuti-
entia, non tamen ob initio statim nisi
exactis tribus diebus, ut monent pra-
etici, adhibenda: Prastant lac mulsibre,
quod non diu relinquendum, sed singu-
lis horis mutandum, ne calore oculi
acescat & acrimoniam contrahat. *A.*
qua ex albumine ovorum, quæ est hæc
apud Hartmannum. Coquantur ova
ad duritiem, deinde per medium
dissectis (ungesche et) ovis eximan-
tur vitelli, postea cum quibusdam
aluminibus ad duritiem coctis & te-
nuiter quasi in pultem cum culello
sextis cavernas reliquorum ovorum
comple, partibusque debite conjun-
ctis & filo colligatis in cucurbitâ præ-
cisè in medium ex filo suspende, ne
spondilia ab iis tangantur. Obstru-
ctò orificio cucurbita in MB. collo-
etur & coquantur, videbis albumina
sexta paulatim in liquorem destilla-
re, quem probè ex fundo cucurbitæ
collectum (est nimicum satis exiguo)
cum pennæ plumâ applicare po-
teris. *Ag. flor. Cyani. & Cichorei* *Ag. flor.*
hoc modo paratæ. Rec. flor. Cyani *Cyani &*
vel Cichorei ante exortura Solis col- *cichor.*

720 Prax. Chymiatr. Sect. I.

lectos q. v. coge in vitro angustioris orificii, quod subere & vesicâ bene munitum massâque farinaceâ, ex quâ panis coquitur, bene loricatum alterius panis initâ in cibano coquito, post expime liquorem e floribus & per balneum destilla. Mihi in usu sequens: Rec. Phlegmatis urina ex destillatione Mercurij microcosmi vid. supra cap. vi. collectâ, infunde per virginem quatuor horas in pelvem cupream, filtra, addet tutiam, Camphoram, Saccharum Saturni & utere. Paracels. in primo manuali tom. 2. pag. m. 31. sub lit. C.

R. Sarcocolle. 3j.

Camphora 3j.

Tutiae 3ij.

Croci 3j.

distemperetur cum vino & aq. rosar. & oculis bis vel ter instilletur & mirabiliter valet. Possunt & palpebrae hoc unguento inungi.

R. Vng. alabastr. 3j.

Lap. calamin.

Camphor. trit. ana 3ij.

Misc.

Nec

Cap. VII. de Ocul. Morbis. 121

Nec aliter potui quin bonis Aq. Cx-
raneam Ophtalmicam emendatiorem
communicem;

<i>Rec.</i>	<i>Aq. flor. Cyan.</i>	<i>Aq.</i>
	<i>chelidon.</i>	<i>opibalte.</i>
	<i>Euphras.</i>	<i>cærul. e-</i>
	<i>rosar. proprio sale</i>	<i>menda-</i>
	<i>acuatas. ana tbij.</i>	<i>tior.</i>

*Superfunde calcì viva injuriam
aëris non passa, cuius sale quoque im-
prægnata filera, adde*

*Phlegmatis urina ex destillacio-
ne Mercurij microcosmi
collect. lb. iv.*

*Salis ex fæcibus ejus extracti
vel*

Salis armoniaci 3 fl.

*Seet in vase cupreo aut anrichat-
cino, danec perfectè colorentur; post
per aliquot menses soli expone, filtra
& usui serva. Hæc aqua, quæ in
oculorum morbis est stupenda, cum
aquis destillatis simpl. permulceri po-
terit ad usum pro medici arbitrio.*

Crolo

122 Prax. Chymiatr. Sect. I.

Crollius in libr. de signaturis rerum.
Oculi bovis humorom chryſtallinum de-
fullatum, omnibus oculorum vitiis suc-
currere scribit: Quomodo vero deſtila-
letur non addit, Ego haec tenus opera-
tionem non tentavi.

VNGUIS
oculi.

VNGUIS OCULI seu PTE-
RYGIUM est nervosa duriuscula &
albicans membrana plerumque ex an-
gulo fere obtendens, & si negligitur,
non solum adnatæ subtenditur, sed e-
tiam corneam & pupillam obducit.
Germanis Das Augenfell.

Causa.

Causa est excrementum lentum &
viscidum partium externarum, à qui-
bus tunica dicit originem, quod quia
huc in se recipere nequit supra ipsam
propellitur, ubi ob viscositatem facilè
in tunicam concrescit.

Curatio.

Præmissis emollientibus egregie va-
let, Aqua Ophalmica Cerulea meæ
descriptionis modo dataæ. Collyrium
ex sale gemma ʒj. & ag. rosar. fænic.
ana ʒj. Item Plurimos sanatos vidi
hac sequenti, cuius usum egregium pro-
priæ experientiæ attestari possum, Rec.
Ludum sen. Tartarum matulis adha-

rcd.

C. p. IX. de Ocul. Morbis. 123

rentem, exsiccata & cum aquâ rosar.
fiat Collyrium, valet & Lapis me-
dicamentosus Crollij, Item Specifi-
cum lucij piscis Hartmanni, quod
est tale. Rec. Fellis luciorum, q. v.
destilla in cucurbitâ usque ad crassitatem,
in aquâ destillata solve aliquid cam-
phoræ & postea serva: crassitatem re-
lictam extrahe cum sp. V. & spir-
vini vicissim ab extracto per destillatio-
nem separa. Hujus extracti & aq.
Saturniana gr. j. dissolve in prioris aqua
gut. 3. vel 4. ac cum pluma in oculum
mane & vesperi immitte, videbis felici-
cem progressum. *Alij ita destillant,*
